

# SAMMLUNG TUSCULUM

Wissenschaftliche Beratung:

Karl Bayer, Manfred Fuhrmann, Fritz Graf  
Erik Hornung, Rainer Nickel

MARCUS TULLIUS CICERO

DIE  
PROZESSREDEN

BAND I

Lateinisch – deutsch

Herausgegeben, übersetzt und erläutert  
von Manfred Fuhrmann

ARTEMIS & WINKLER

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

CICERO, MARCUS TULLIUS:

Die Prozeßreden: lateinisch/deutsch/

Marcus Tullius Cicero.

Hrsg., übers. und erl. von Manfred Fuhrmann. –

Zürich/Düsseldorf: Artemis und Winkler

(Sammlung Tusculum)

ISBN 3-7608-1696-7

NE: Fuhrmann, Manfred [Hrsg.]; Cicero, Marcus Tullius:  
[Sammlung]

Bd. I (1997) ISBN 3-7608-1696-7

Artemis & Winkler Verlag Zürich/Düsseldorf

© 1997 Artemis Verlags AG Zürich

Alle Rechte, einschließlich derjenigen des auszugsweisen  
Abdrucks und der photomechanischen Wiedergabe, vorbehalten.

Satz: Josefine Urban – KompetenzCenter, Düsseldorf

Druck: Pustet, Regensburg

Printed in Germany

## INHALT

Rede für P. Quinctius . . . . .	6
Rede für den Schauspieler Q. Roscius . . . . .	102
Rede für M. Tullius . . . . .	156
Rede für M. Fonteius . . . . .	198
Rede für A. Caecina . . . . .	250
Rede für A. Cluentius Habitus . . . . .	362
Rede für P. Sulla . . . . .	582
Rede für L. Flaccus . . . . .	682

### Anhang

Zu dieser Ausgabe . . . . .	813
Einleitungen und Erläuterungen zu den einzelnen Reden	
Rede für P. Quinctius . . . . .	814
Rede für den Schauspieler Q. Roscius . . . . .	824
Rede für M. Tullius . . . . .	833
Rede für M. Fonteius . . . . .	841
Rede für A. Caecina . . . . .	848
Rede für A. Cluentius Habitus . . . . .	861
Rede für P. Sulla . . . . .	879
Rede für L. Flaccus . . . . .	893

## PRO P. QUINCTIO ORATIO

Quae res in civitate duae plurimum possunt, eae 1  
contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa  
gratia et eloquentia; quarum alteram, C. Aquili, ve-  
reor, alteram metuo. Eloquentia Q. Hortensi ne me  
in dicendo impediatur, non nihil commoveor, gratia  
Sex. Naevi ne P. Quinctio noceat, id vero non medi-  
ocriter pertimesco.

Neque hoc tanto opere querendum videretur, 2  
haec summa in illis esse, si in nobis essent saltem  
mediocria; verum ita se res habet, ut ego, qui neque  
usu satis et ingenio parum possum, cum patrono di-  
sertissimo comparer, P. Quinctius, cui tenues opes,  
nullae facultates, exiguae amicorum copiae sunt,  
cum adversario gratiosissimo contendat.

Illud quoque nobis accedit incommodum, quod 3  
M. Iunius, qui hanc causam, C. Aquili, aliquoties  
apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus et in  
hac multum ac saepe versatus, hoc tempore abest  
nova legatione impeditus, et ad me ventum est qui, ut  
summa haberem cetera, temporis quidem certe vix  
satis habui ut rem tantam, tot controversiis implica-  
tam, possem cognoscere.

## REDE FÜR P. QUINCTIUS

Zwei Dinge vermögen sehr viel im Staate, und beides wirkt sich in diesem Falle ungünstig für uns aus: größter Einfluß und größte Redegewandtheit. Hiervon bereitet mir der eine Punkt Beklemmung, C. Aquilius, der andere Furcht. Denn daß mich die Redegewandtheit des Q. Hortensius beim Sprechen verwirren könnte, beunruhigt mich nicht wenig; daß der Einfluß des Sex. Naevius dem P. Quinctius schadet, hiervor habe ich wirklich keine geringe Angst.

Indes, man brauchte sich nicht sehr darüber zu beklagen, daß diese Dinge auf seiten der Gegner reichlich vorhanden sind, stünde uns wenigstens ein mittleres Maß davon zu Gebote; es verhält sich jedoch so, daß ich, der ich nicht genug durch Erfahrung und durch mein Talent zu wenig vermag, mich mit dem beredtesten Sachwalter messen soll und P. Quinctius, der nur geringe Geltung und kein Vermögen hat und dessen Freunde über dürftige Hilfsmittel verfügen, mit einem Gegner von größtem Einfluß streiten muß.

Für uns kommt noch folgender Nachteil hinzu: M. Iunius, der diese Sache schon einige Male vor dir, C. Aquilius, vertreten hat<sup>1</sup> – ein Mann, in anderen Prozessen erprobt und mit diesem hier gründlich und oft beschäftigt –, ist jetzt abwesend, durch einen neuen diplomatischen Auftrag verhindert. Man hat sich daher an mich gewandt, und ich habe, gesetzt, ich besäße alles andere in reichstem Maße, jedenfalls kaum hinlänglich Zeit gehabt, um mich mit einem so schwierigen, wegen so zahlreicher Streitpunkte verwickelten Fall vertraut zu machen.

Ita quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiu- 4  
mento, id quoque in hac causa deficit. Nam, quod  
ingenio minus possum, subsidium mihi diligentia  
comparavi; quae quanta sit, nisi tempus et spatium  
datum sit, intellegi non potest. Quae quo plura sunt,  
C. Aquili, eo te et hos qui tibi in consilio sunt melio-  
re mente nostra verba audire oportebit, ut multis  
incommodis veritas debilitata tandem aequitate tali-  
um virorum recreetur. Quod si tu iudex nullo praesi- 5  
dio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini  
atque inopiae, si apud hoc consilium ex opibus, non  
ex veritate causa pendetur, profecto nihil est iam  
sanctum atque sincerum in civitate, nihil est quod  
humilitatem cuiusquam gravitas et virtus iudicis  
consoletur. Certe aut apud te et hos qui tibi adsunt  
veritas valebit, aut ex hoc loco repulsa vi et gratia  
locum ubi consistat reperire non poterit.

Non eo dico, C. Aquili, quo mihi veniat in dubi-  
um tua fides et constantia, aut quo non in his quos  
tibi advocavisti viris lectissimis civitatis spem sum-  
mam habere P. Quinctius debeat. Quid ergo est? Pri- 6  
mum magnitudo periculi summo timore hominem  
adfcit, quod uno iudicio de fortunis omnibus decer-  
nit, idque dum cogitat, non minus saepe ei venit in  
mentem potestatis quam aequitatis tuae, propterea



So geht mir in diesem Prozesse auch das ab, was mir in anderen gewöhnlich eine Hilfe ist. Denn weil ich's durch mein Talent nicht vermag, habe ich mir durch Gründlichkeit Rückhalt verschafft; wie groß sie ist, läßt sich jedoch nicht erkennen, wenn man mir nicht Zeit und Frist gewährt hat. Je schwerer diese Dinge wiegen, C. Aquilius, mit desto freundlicherer Gesinnung mußt du samt deinen Beratern auf meine Worte hören, damit die durch mancherlei Hemmnisse geschwächte Wahrheit endlich durch den Gerechtigkeitssinn solcher Männer wieder zu Kräften kommt. Wenn sich aber zeigt, daß du als Richter der Verlassenheit und Mittellosigkeit keinen Schutz gegen Gewalt und Gunst gewährst, wenn vor diesem Kollegium ein Streitfall nach Macht und Einfluß, nicht nach den Tatsachen gewogen wird, dann gibt es wahrhaftig nichts Lauteres und Unversehrtes mehr im Staate, nichts, weshalb sich jemand in geringer Stellung mit der Würde und Rechtschaffenheit seines Richters zu trösten vermöchte. Gewiß, entweder setzt sich die Wahrheit bei dir und deinen Beratern durch, oder sie findet, wenn sie von hier durch Gewalt und Gunst vertrieben wird, keine Stelle mehr, wo sie sich noch behaupten kann.

Ich rede nicht deshalb so, C. Aquilius, weil ich an deiner unwandelbaren Zuverlässigkeit zweifelte oder weil P. Quinctius nicht die größten Hoffnungen auf diese hier setzen dürfte, die du an deine Seite berufen hast; sie sind die vorzüglichsten Männer unserer Bürgerschaft. Wie erklären sich also meine Worte? Erstens erfüllt die Größe der Gefahr unseren Mann mit äußerster Furcht, kämpft er doch in *einem* Prozeß um sein gesamtes Vermögen. Und während er hieran denkt, besinnt er sich ebenso oft auf deine Machtbefugnis wie auf deinen Gerechtigkeits-

quod omnes quorum in alterius manu vita posita est saepius illud cogitant, quid possit is cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere.

Deinde habet adversarium P. Quinctius verbo Sex. Naevium, re vera huiusce aetatis homines disertissimos, fortissimos, florentissimos nostrae civitatis, qui communi studio summis opibus Sex. Naevium defendunt, si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare quo is facilius quem velit iniquo iudicio opprimere possit. Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari potest, quam >me qui caput alterius, famam fortunasque defendam priore loco causam dicere? cum praesertim Q. Hortensius qui in hoc iudicio partis accusatoris obtinet contra me sit dicturus, cui summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. Ita fit ut ego qui tela depellere et volneribus mederi debeam tum id facere cogar cum etiam telum adversarius nullum iecerit, illis autem id tempus impugnandi detur cum et vitandi illorum impetus potestas adempta nobis erit et, si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum crimen quasi venenatum aliquod telum iecerint, medicinae faciendae locus non erit.

Id accidit praetoris iniquitate et iniuria, primum quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro quam de re maluit fieri, deinde quod ita

sinn; denn alle, deren Existenz in die Hand eines anderen gegeben ist, denken öfter daran, was jener, dessen Macht und Gewalt sie unterstehen, tun könnte, als daran, was er zu tun verpflichtet sei.

Zweitens hat P. Quinctius nominell nur den Sex. Naevius zum Gegner, in Wirklichkeit aber die redegewandtesten, tatkräftigsten, angesehensten Männer, die es zur Zeit in unserer Bürgerschaft gibt. Sie treten mit vereintem Eifer und unter Einsatz größter Machtmittel für Sex. Naevius ein – wenn das noch Eintreten heißt, der Begehrlichkeit eines anderen zu willfahren, damit dieser desto bequemer jeden Beliebigen durch einen ungerechten Prozeß ruinieren kann. Denn läßt sich Ungerechteres oder Unwürdigeres sagen oder anführen, C. Aquilius, als daß ich, der ich doch Existenz, Ruf und Vermögen eines anderen verteidige, an erster Stelle meine Sache vortragen muß? Zumal Q. Hortensius, der in diesem Prozeß das Amt eines Anklägers ausübt<sup>2</sup>, gegen mich sprechen wird: ihm hat die Natur größte Fülle und Geschicklichkeit im Reden verliehen. So soll ich Geschosse abwehren und Wunden heilen und bin gezwungen, es schon in einem Augenblick zu tun, da der Feind noch gar kein Geschloß geworfen hat. Den Gegnern aber wird für den Angriff die Zeit zugewiesen, zu der uns die Möglichkeit genommen ist, ihrem Ansturm auszuweichen, und wenn sie irgendwo eine falsche Anschuldigung einem vergifteten Geschloß gleich abschleudern (und sie sind gerüstet, das zu tun), dann wird keine Gelegenheit mehr sein, Heilkunst zu üben.

Dazu ist es durch die unbillige und ungerechte Einstellung des Prätors gekommen: erstens hat er entgegen dem allgemeinen Brauch verlangt, daß zunächst über einen schmachvollen Vorwurf und dann erst über die

constituit id ipsum iudicium ut reus, ante quam verbum accusatoris audisset, causam dicere cogeretur. Quod eorum gratia et potentia factum est qui, quasi sua res aut honos agatur, ita diligenter Sex. Naevi studio et cupiditati morem gerunt et in eius modi rebus opes suas experiuntur, in quibus, quo plus propter virtutem nobilitatemque possunt, eo minus quantum possint debent ostendere.

Cum tot tantisque difficultatibus adfectus atque 10  
adflactus in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiam P. Quinctius confugerit, cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit, cum ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint, te, C. Aquili, vosque qui in consilio adestis, orat atque obsecrat ut multis iniuriis iactatam atque agitatam aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini.

Id quo facilius facere possitis, dabo operam ut a 11  
principio res quem ad modum gesta et contracta sit cognoscatis. C. Quinctius fuit P. Quincti huius frater, sane ceterarum rerum pater familias et prudens et attentus, una in re paulo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Naevio fecerit, viro bono, verum tamen non ita instituto ut iura societatis et officia certi patris familias nosse posset; non quo ei dees-

Sache selbst geurteilt wird<sup>3</sup>; zweitens hat er den Prozeß selbst so eingerichtet, daß der Angeklagte gezwungen ist, Rede zu stehen, ehe er auch nur ein Wort vom Ankläger vernommen hat. Das hat der Einfluß und die Macht von Leuten bewirkt, die dem habgierigen Drängen des Sex. Naevius derart geflissentlich zu Diensten stehen, als ginge es um ihren eigenen Besitz oder Ruf. Sie erproben ihren Einfluß an Dingen, bei denen sie desto weniger zeigen dürften, was sie vermögen, je mehr sie ihre Macht ihrer Leistung und ihrem Adelstitel verdanken.

Durch derart große und zahlreiche Schwierigkeiten bedrängt und heimgesucht, nimmt P. Quinctius zu deiner Zuverlässigkeit, Wahrheitsliebe und Barmherzigkeit seine Zuflucht, C. Aquilius. Denn er hat bis jetzt wegen der Gewalttätigkeit seiner Gegner nicht gleiches Recht, nicht gleiche Prozeßmittel und keinen billig denkenden Magistrat finden können, und ärgstes Unrecht brachte es dahin, daß sich ihm alles feindlich und widrig erzeugte. So richtet er denn an dich, C. Aquilius, und an euch, die ihr als Berater zugegen seid, die flehentliche Bitte: erlaubt, daß die durch vielerlei Unbill geplagte und gehetzte Rechtschaffenheit an dieser Stelle endlich Fuß fassen und sich erholen kann.

Damit ihr das desto leichter tun könnt, will ich mich bemühen, euch wissen zu lassen, wie sich der Handel von Anfang an zutrug und wie er zustande gekommen ist. C. Quinctius war der Bruder des Beklagten P. Quinctius. Dieser Mann war sonst ein durchaus gewissenhafter und umsichtiger Hausvater, doch bei *einer* Sache bedachte er sich etwas zu wenig: er gründete mit Sex. Naevius eine Gesellschaft, mit einem trefflichen Manne, der indes nicht so erzogen war, daß er das Gesellschaftsrecht und die Pflichten eines guten Hausvaters hätte ken-

set ingenium; nam neque parum facetus scurra Sex. Naevius neque inhumanus praeco umquam est existimatus. Quid ergo est? Cum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil praeter libertatem reliquisset, vocem in quaestum contulit, libertate 12  
usus est quo impunius dicax esset. Qua re quidem socium tibi eum velles adiungere nihil erat nisi ut in tua pecunia condisceret qui pecuniae fructus esset; tamen inductus consuetudine ac familiaritate Quinctius fecit, ut dixi, societatem earum rerum quae in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa.

Tollitur ab atriis Liciniis atque a praeconum consessu in Galliam Naevius et trans Alpes usque transfertur. Fit magna mutatio loci, non ingeni. Nam qui ab adolescentulo quaestum sibi instituisset sine impendio, postea quam nescio quid impendit et in commune contulit, mediocri quaestu contentus esse non poterat. Nec mirum, si is qui vocem venalem 13  
habuerat ea quae voce quaesiverat magno sibi quaestui fore putabat. Itaque hercule haud mediocriter de communi quodcumque poterat ad se in privatam domum sevocabat; qua in re ita diligens erat quasi ei qui magna fide societatem gerent arbitrium pro socio condemnari solerent. Verum his de rebus non

nen können. Nicht als ob es ihm an Geist gefehlt hätte; denn Sex. Naevius galt niemals als ein Spaßmacher ohne Witz oder als ein unfeiner Ausrufer<sup>4</sup>. Wie steht es also mit ihm? Da ihm die Natur nichts Besseres gab als die Stimme, der Vater ihm nichts hinterließ als die Freiheit, verwendete er die Stimme für seinen Broterwerb und bediente er sich der Freiheit, um desto ungestrafter witzig zu sein. Nichts empfahl ihn, weshalb man sich mit ihm als Kompagnon hätte verbinden wollen, außer daß er an des anderen Geld des Geldes Nutzen kennenlernte; gleichwohl gründete, wie gesagt, Quinctius, durch freundschaftlichen Umgang verleitet, mit ihm eine Gesellschaft; sie betraf Geschäfte, die in Gallien betrieben wurden. Quinctius unterhielt dort eine stattliche Viehzucht sowie einen recht ordentlich bebauten und einträglichem Landbesitz.

Naevius entschwindet aus den Licinischen Hallen<sup>5</sup> und der Versammlung der Ausrufer nach Gallien und versetzt sich auf die andere Seite der Alpen. So findet eine große Veränderung des Ortes statt, doch keine des Charakters. Denn er, der von Jugend auf ohne Aufwand seinem Erwerbe nachgegangen war, er konnte sich mit mäßigem Erwerb nicht begnügen, nachdem er sich weiß nicht was aufgewandt und in das Gesellschaftsvermögen eingebracht hatte. Kein Wunder, daß er, der seine Stimme verdungen hatte, den mit der Stimme erzielten Gewinn für sehr gewinnbringend hielt. Daher schaffte er nicht gerade zurückhaltend, beim Herkules, was er nur konnte, aus dem gemeinsamen Besitz zu sich in sein Privatvermögen beiseite; hierin war er so penibel, als sei es üblich, diejenigen, die mit großer Gewissenhaftigkeit ihren Gesellschafterpflichten nachkommen, wegen Verletzung des Gesellschaftsvertrages zu verurteilen. Doch ich

necesse habeo dicere ea quae me P. Quinctius cupit commemorare; tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, praeteribo.

Cum annos iam compluris societas esset, et cum saepe suspectus Quinctio Naevius fuisset neque ita commode posset rationem reddere earum rerum quas libidine, non ratione gesserat, moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naevius, et moritur repentino. Heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium ut, ad quem summus maeror morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque perveniret. 14

Quo mortuo, nec ita multo post, in Galliam profiscitur Quinctius, ibi cum isto Naevio familiariter vivit. Annum fere una sunt, cum et de societate multa inter se communicarent et de tota illa ratione atque re Gallicana; neque interea verbum ullum interposuit Naevius aut societatem sibi quippiam debere aut privatim Quinctium debuisse. 15

Cum aeris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romae curari oporteret, auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturum esse proscribit earum rerum quae ipsius erant privatae. Ibi tum vir optimus Sex. Naevius hominem multis verbis deterret ne auctionetur; eum non ita commode posse eo tempore quo proscripsisset vendere; Romae sibi nummorum facultatem esse, quam, si saperet, communem existimaret pro fraterna illa 16



brauche von diesen Dingen Einzelheiten nicht aufzuführen, die ich nach dem Wunsch des P. Quinctius allenfalls erwähnen soll; obwohl die Sache es fordert, will ich, weil sie es nur fordert, nicht dringend gebietet, darüber hinweggehen.

Als die Gesellschaft schon mehrere Jahre bestand und als Naevius dem Quinctius oft verdächtig erschienen war und er nicht ganz glatt über Geschäfte Rechenschaft ablegen konnte, die er nach Belieben, nicht nach kaufmännischen Grundsätzen geführt hatte, da verstarb Quinctius in Gallien, während Naevius zugegen war, und er verstarb plötzlich. Er hinterließ unseren P. Quinctius als testamentarischen Erben: wem sein Tod die größte Trauer verursachte, an den sollte auch die größte Ehre gelangen.

Nach dem Tode des Gaius, und zwar nicht lange Zeit darauf, reist P. Quinctius nach Gallien und lebt dort mit Naevius, diesem Manne hier, auf freundschaftlichem Fuße. Sie sind etwa ein Jahr zusammen, und sie verhandeln vielerlei miteinander wegen der Gesellschaft und wegen des gesamten Unternehmens und Vermögens in Gallien; doch währenddessen ließ Naevius kein Wort verlauten, daß ihm die Gesellschaft etwas schulde oder Quinctius ihm privat etwas schuldig geblieben sei.

Da einige Passiva hinterlassen worden waren, Titel, für die in Rom Geld zur Stelle sein mußte, gab P. Quinctius in Gallien bekannt, er werde zu Narbo<sup>6</sup> eine Versteigerung der Werte abhalten, die zu seinem Privatvermögen gehörten. Da nun riet ihm der treffliche Sex. Naevius mit vielen Worten von der Versteigerung ab: Quinctius könne zu der Zeit seines Angebots nicht sonderlich vorteilhaft verkaufen; er selbst habe in Rom Geld flüssig, das Quinctius, wenn er Verstand habe, wegen der guten

necessitudine et pro ipsius adfinitate; nam P. Quincti consobrinam habet in matrimonio Naevius et ex ea liberos. Quia, quod virum bonum facere oportebat, id loquebatur Naevius, credidit Quinctius eum qui orationem bonorum imitaretur facta quoque imitaturum; auctionem velle facere desistit, Romam proficiscitur; decedit ex Gallia Romam simul Naevius.

Cum pecuniam C. Quinctius P. Scapulae debuisset, per te, C. Aquili, decidit P. Quinctius quid liberis eius dissolveret. Hoc eo per te agebatur quod propter aerariam rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum deberetur, nisi ad Castoris quaesisses quantum solveretur. Decidis statuisque tu propter necessitudinem quae tibi cum Scapulis est quid eis ad denarium solveretur. 17

Haec omnia Quinctius agebat auctore et consuasore Naevio. Nec mirum, si eius utebatur consilio cuius auxilium sibi paratum putabat; non modo enim pollicitus erat in Gallia sed Romae cotidie, simul atque sibi hic adnuisset, numeraturum se dicebat. Quinctius porro istum posse facere videbat, debere intellegebat, mentiri, quia causa cur mentiretur non erat, non putabat; quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum; Naevium certiore facit, rogat ut curet quod dixisset. 18

Beziehungen mit dem Bruder und da sie doch verschwägert seien, für gemeinsam ansehen solle. Naevius ist nämlich mit einer Kusine des P. Quinctius verheiratet, von der er auch Kinder hat. Weil nun Naevius redete, was zu tun sich für einen anständigen Mann gehört, glaubte Quinctius, jener werde, da er die Worte rechtschaffener Leute nachahmte, auch deren Taten nachahmen; er läßt den Versteigerungsplan fallen, er reist nach Rom; zugleich zieht Naevius aus Gallien nach Rom ab.

Da C. Quinctius dem P. Scapula Geld schuldig geblieben war, trifft P. Quinctius durch deine Vermittlung, C. Aquilius, ein Abkommen über die Summe, die er den Kindern des Scapula zahlen solle. Die Sache wurde deshalb mit deiner Hilfe erledigt, weil es wegen der Berechnung auf Kupfermünze nicht genügte, in den Büchern nachzusehen, welcher Betrag geschuldet war<sup>7</sup>: man mußte sich auch in der Kanzlei am Kastortempel<sup>8</sup> erkundigen, wieviel zur Tilgung erforderlich war. Wegen deiner verwandtschaftlichen Beziehungen zu den Scapulae schloßest du ein Abkommen und setztest auf den Denar genau fest, welcher Betrag ihnen gezahlt werden solle.

Dies alles tat Quinctius auf Veranlassung und Empfehlung des Naevius hin. Kein Wunder, daß er den Rat des Mannes befolgte, dessen Beistand er für sich bereit glaubte; Naevius hatte nämlich nicht nur in Gallien Versprechungen gemacht, sondern er beteuerte auch in Rom täglich, er werde zahlen, sobald Quinctius ihm einen Wink gebe. Quinctius sah zudem, daß Naevius Zahlung leisten konnte; er wußte, daß er hierzu verpflichtet war, und glaubte nicht, daß er lüge, weil kein Grund zum Lügen bestand; als ob er das Geld zu Hause hätte, so versprach er den Scapulae die Zahlung; er benachrichtigte Naevius, er bat ihn zu besorgen, was er zugesichert habe.

Tum iste vir optimus – vereor ne se derideri putet 19  
quod iterum iam dico “optimus” – qui hunc in sum-  
mas angustias adductum putaret, ut eum suis condi-  
tionibus in ipso articulo temporis adstringeret,  
assem sese negat daturum, nisi prius de rebus ratio-  
nibusque societatis omnibus decidisset et scisset sibi  
cum Quinctio controversiae nihil futurum. “Poste-  
rius,” inquit, “ista videbimus,” Quinctius; “nunc  
hoc velim cures, si tibi videtur, quod dixisti.” Negat  
se alia ratione facturum; quod promisisset, non plus  
sua referre quam si, cum auctionem venderet, domi-  
ni iussu quippiam promisisset.

Destitutione illa percussus Quinctius a Scapulis 20  
paucos dies aufert, in Galliam mittit ut ea quae pro-  
scripserat venirent, deteriore tempore absens auctio-  
natur, Scapulis difficiliore condicione dissolvit. Tum  
appellat ultro Naevium ut, quoniam suspicaretur ali-  
qua de re fore controversiam, videret ut quam pri-  
mum et quam minima cum molestia tota res transi-  
geretur. Dat iste amicum M. Trebellium, nos com- 21  
munem necessarium, qui istius domi erat eductus et  
quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum,  
Sex. Alfenum. Res convenire nullo modo poterat,  
propterea quod hic mediocrem iacturam facere  
cupiebat, iste mediocri praeda contentus non erat.  
Itaque ex eo tempore res esse in vadimonium coepit. 22  
Cum vadimonia saepe dilata essent et cum aliquan-

Da nun sagt der treffliche Mann (vermutlich glaubt er, ich mache mich über ihn lustig, da ich schon zum zweiten Male «der treffliche» sage) – er meinte wohl, er habe Quinctius in höchste Bedrängnis gebracht, um ihn in diesem kritischen Augenblick an seine Bedingungen zu binden – er sagt, er werde kein As zahlen, wenn er nicht zuvor ein Abkommen über sämtliche Angelegenheiten der Gesellschaft treffen könne und wisse, daß er mit Quinctius keinen Streit haben werde. «Das wollen wir später besorgen», sagt Quinctius, «jetzt erledige bitte, wenn es recht ist, was du zugesichert hast.» Naevius erklärt, er werde es zu keiner anderen Bedingung tun; was er versprochen habe, gehe ihn ebensowenig an, wie wenn er bei einer Versteigerung auf Anweisung des Auftraggebers eine Verpflichtung eingegangen sei<sup>9</sup>.

Quinctius ist von dieser Treulosigkeit bestürzt. Er erlangt von den Scapulae einige Tage Frist; er schickt nach Gallien, man solle verkaufen, was er ausgeschrieben hatte; er läßt in seiner Abwesenheit zu einem ungünstigeren Zeitpunkt versteigern; er zahlt den Scapulae unter erschwerten Bedingungen. Dann fordert er von sich aus Naevius auf, er solle, da er argwöhne, man werde sich noch aus irgendeinem Grunde streiten, zusehen, daß die ganze Angelegenheit baldigst und mit möglichst geringen Scherereien bereinigt werde. Naevius stellt seinen Freund M. Trebellius, wir aber den Sex. Alfenus, der beiden Seiten nahestand: er war bei Naevius aufgewachsen und eng mit ihm befreundet und außerdem mit uns verwandt. Man konnte sich auf keine Weise einigen, weil Quinctius nur eine mäßige Einbuße zugestehen wollte, Naevius aber mit einer mäßigen Beute nicht zufrieden war. So kam es, daß seit jener Zeit Gerichtstermine vereinbart wurden. Man verschob öfters die Termine, und

tum temporis in ea re esset consumptum neque quicquam profectum esset, venit ad vadimonium Naevius.

Obsecro te, C. Aquili vosque qui adestis in consilio, ut diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis et novam rationem insidiarum cognoscere possitis. Ait se auctionatum esse in Gallia; quod sibi videretur se vendidisse; curasse ne quid sibi societas deberet; se iam neque vadari amplius neque vadimonium promittere; si quid agere secum velit Quinctius, non recusare. Hic cum rem Gallicanam cuperet revisere, hominem in praesentia non vadatur; ita sine vadimonio disceditur. Deinde Romae dies xxx fere Quinctius commoratur; cum ceteris quae habebat vadimonia differt ut expeditus in Galliam proficisci posset; proficiscitur. Roma egreditur ante diem II Kalend. Februarias Quinctius Scipione et Norbano coss. Quaeso ut eum diem memoriae mandetis. L. Albius Sex. filius Quirina, vir bonus et cum primis honestus, una profectus est.

Cum venissent ad Vada Volaterrana quae nominantur, vident perfamiliarem Naevi, qui ex Gallia pueros venalis isti adducebat, L. Publicium; qui, ut Romam venit, narrat Naevio quo in loco viderit Quinctium. Quod ubi ex Publicio audivit, pueros circum amicos dimittit, ipse suos necessarios ab atribus Liciniis et a faucibus macelli corrogat ut ad tabu-

eine beträchtliche Zeit ging hierüber hin, ohne daß man einen Fortschritt erzielt hätte: da erschien Naevius zum Termin.

Ich bitte dich, C. Aquilius, und euch, die Beisitzer, gebt sorgsam acht, daß ihr den einzigartigen Trug und die neue Methode der Heimtücke erfassen könnt. Naevius erklärt, er habe in Gallien eine Versteigerung durchgeführt; er habe nach Gutdünken verkauft; er habe dafür gesorgt, daß ihm die Gesellschaft nichts mehr schulde; er verlange jetzt weiter keinen Termin noch verspreche er seinerseits, vor Gericht zu erscheinen; wenn Quinctius etwas mit ihm verhandeln wolle, so weigere er sich nicht. Da Quinctius sich den gallischen Besitz ansehen wollte, läßt er sich fürs erste keinen Termin von dem Manne versprechen; so ging man, ohne einen Termin vereinbart zu haben, auseinander. Dann verweilt Quinctius noch nahezu dreißig Tage in Rom; die Termine, die er mit anderen vereinbart hatte, schiebt er auf, um unbehindert nach Gallien reisen zu können; er reist ab. Quinctius verläßt Rom am letzten Januartage im Konsulatsjahr des Scipio und Norbanus<sup>10</sup>. Bitte merkt euch dieses Datum. L. Albius, der Sohn des Sextus, aus dem quirinischen Bezirk, ein tüchtiger und überaus angesehener Mann, reiste mit ihm.

Als sie zu der sogenannten Furt von Volaterrae<sup>11</sup> kamen, sahen sie L. Publicius, einen guten Freund des Naevius, der diesem Sklaven aus Gallien mitbrachte; der erzählte, in Rom eingetroffen, dem Naevius, wo er Quinctius gesehen habe. Sobald er das von Publicius erfahren hat, schickt er Sklaven bei seinen Freunden umher; er selbst fordert seine Genossen von den licinischen Hallen und den Gassen am Fleischmarkt auf, sie möchten ihm kommenden Tages zur zweiten Stunde vor

lam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. Veniunt frequentes. Testificatur iste P. QUINCTIUM NON STETISSE ET STETISSE SE; tabulae maxime signis hominum nobilium consignantur, disceditur. Postulat a Burrieno praetore Naevius ut ex edicto bona possidere liceat; iussit bona proscribi eius quicum familiaritas fuerat, societas erat, adfinitas liberis istius vivis divelli nullo modo poterat.

Qua ex re intellegi facile potuit nullum esse officium tam sanctum atque sollemne quod non avaritia 26  
 comminuere ac violare soleat. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est iste qui amicum, socium, adfinem fama ac fortunis spoliare conatus est vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur. Libellos Sex. Alfenus, 27  
 procurator P. Quincti, familiaris et propinquus Sex. Naevi, deicit, servolum unum quem iste prenderat abducit, denuntiat sese procuratorem esse, istum aequum esse famae fortunisque P. Quincti consulere et adventum eius exspectare; quod si facere nolit atque imbiberit eius modi rationibus illum ad suas condiciones perducere, sese nihil precari et, si quid agere velit, iudicio defendere.

Haec dum Romae geruntur, Quinctius interea 28  
 contra ius, consuetudinem, edicta praetorum de saltu agroque communi a servis communibus vi detru-



der Bank des Sextius<sup>12</sup> zu Diensten sein. Sie kommen in großer Zahl. Er läßt sich bezeugen, P. Quinctius sei nicht erschienen und er sei erschienen; das Protokoll wird reichlich durch die Siegel dieser vornehmen Leute beglaubigt; man geht auseinander. Naevius beantragt bei dem Prätor Burrienus, daß ihm dem Edikt gemäß der Vermögensbesitz eingeräumt werde<sup>13</sup>; er ließ das Vermögen des Mannes zur Versteigerung ausbieten, dessen Freund er gewesen war, mit dem noch ein Gesellschaftsvertrag und, solange seine Kinder lebten, unauflöbliche Bande der Verwandtschaft bestanden.

Hieraus ließ sich leicht ersehen, wie keine Pflicht heilig und ehrwürdig genug ist, daß nicht Habgier sie zu beeinträchtigen und zu verletzen pflegt. Denn wenn sich Freundschaft durch Aufrichtigkeit, Teilhaberschaft durch Treue, Verwandtschaft durch Geneigtheit bekundet, so folgt daraus, daß sich, wer den Freund, den Teilhaber, den Verwandten um Ruf und Vermögen zu bringen versucht hat, der Lüge, Untreue und Lieblosigkeit bezichtigt. Die Anschläge reißt Sex. Alfenus ab, der Bevollmächtigte des P. Quinctius, der Freund und Verwandte des Sex. Naevius; er nimmt einen Sklaven an sich, den jener ergriffen hatte; er erklärt, er sei der Bevollmächtigte, es sei billig, daß Naevius auf Ruf und Vermögen des P. Quinctius Rücksicht nehme und dessen Rückkehr abwarte; wenn er hierzu nicht bereit sei und sich entschlossen habe, Quinctius durch derlei Machenschaften seinen Bedingungen zu unterwerfen, dann bitte er um nichts, und er trete vor Gericht für Quinctius ein, wenn er etwas verhandeln wolle.

Während sich dies in Rom zuträgt, wird Quinctius wider Recht, Brauch und prätorische Edikte durch Sklaven der Gesellschaft gewaltsam von den der Gesellschaft

ditur. Existima, C. Aquili, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse, si hoc quod per litteras istius in Gallia gestum est recte atque ordine factum videtur. Expulsus atque eiectus e praedio Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tunc erat in provincia, quem, ut ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rem quam vehementer vindicandam putarit ex decretis eius poteritis cognoscere.

Alfenus interea Romae cum isto gladiatore vetulo 29  
cotidie pugnabat; utebatur populo sane suo, propterea quod iste caput petere non desinebat. Iste postulabat ut procurator iudicatum solvi satis daret; negat Alfenus aequum esse procuratorem satis dare, quod reus satis dare non deberet, si ipse adesset. Appellantur tribuni; a quibus cum esset certum auxilium petatum, ita tum disceditur ut Idibus Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alfenus promitteret.

Venit Romam Quinctius, vadimonium sistit. Iste, 30  
homo acerrimus, bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum et sex mensis nihil petit, quiescit, condicionibus hunc quoad potest producit, a Cn. Dolabella denique praetore postulat ut sibi Quincti-

gehörenden Weiden und Felder vertrieben. Glaube nur, C. Aquilius, daß Naevius in Rom alles nach Maß und Vernunft getan hat, wenn es den Anschein hat, als sei diese Aktion in Gallien, die Folge seines schriftlichen Auftrages, richtig und der Ordnung gemäß durchgeführt worden. Quinctius, aus seinem Gutsbesitz vertrieben und hinausgeworfen, nahm, von schreiendem Unrecht getroffen, seine Zuflucht zu dem damaligen Statthalter der Provinz, zu C. Flaccus – ich nenne diesen Mann, wie es sein Ansehen erheischt, um ihm Ehre zu erweisen. Wie scharf er gegen die Unternehmung des Naevius einschreiten zu müssen glaubte, könnt ihr aus seinen Verfügungen ersehen.

Unterdessen focht Alfenus in Rom mit diesem abgefeimten Gladiator täglich Kämpfe aus. Hierbei stand die Gunst des Volkes durchaus auf seiner Seite, da Naevius unentwegt auf das Haupt zielte<sup>14</sup>. Er beantragte, der Bevollmächtigte solle Sicherheit für die Erfüllung der Urteilsschuld leisten; Alfenus hingegen erklärte, es sei unbillig, daß der Bevollmächtigte Sicherheit leiste, weil der Beklagte, wäre er anwesend, auch nicht Sicherheit leisten müsse<sup>15</sup>. Man wendet sich an die Tribunen; als man dort eine genau umschriebene Hilfeleistung erbeten hatte, trennt man sich mit der Maßgabe, daß sich Sex. Alfenus für das Erscheinen des P. Quinctius zum Termin am 13. September verbürgte.

Quinctius kommt nach Rom; er findet sich zum Termin ein. Da verlangt dieser äußerst rücksichtslose Mensch, dieser Konkursverwalter<sup>16</sup>, Austreiber und Räuber ein Jahr und sechs Monate lang nichts; er läßt die Sache ruhen; er hält Quinctius, solange er kann, durch Vorschläge hin. Schließlich beantragt er bei dem Prätor Cn. Dolabella, Quinctius solle ihm für die Erfüllung der

us iudicatum solvi satis det ex formula: QUOD AB EO PETAT QUOIUS EX EDICTO PRAETORIS BONA DIES XXX POSSESSA SINT. Non recusabat Quinctius quin ita satis dare iuberetur, si bona possessa essent ex edicto.

Decernit – quam aequum, nihil dico, unum hoc dico, novum; et hoc ipsum tacuisse mallet, quoniam utrumque quis intellegere potuit – sed iubet P. Quinctium sponsonem cum Sex. Naevio facere: SI BONA SUA EX EDICTO P. BURRIENI PRAETORIS DIES XXX POSSESSA NON ESSENT. Recusabant qui aderant tum Quinctio, demonstrabant de re iudicium fieri oportere ut aut uterque inter se aut neuter satis daret; non necesse esse famam alterius in iudicium venire. Clamabat porro ipse Quinctius sese idcirco nolle 31  
satis dare ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse; sponsonem porro si istius modi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priore loco causam esse dicturum. Dolabella – quem ad modum solent homines nobiles; seu recte seu perperam facere coeperunt, ita in utroque excellunt ut nemo nostro loco natus adsequi possit – iniuriam facere fortissime perseverat; aut satis dare aut sponsonem iubet face-

Urteilsschuld Sicherheit leisten gemäß der Formel: «Da er gegen jemanden klage, dessen Vermögen sich gemäß dem prätorischen Edikt dreißig Tage lang im Besitz eines Gläubigers befand.» Quinctius willigte ein, daß man ihm eine derartige Sicherheitsleistung auferlege, unter der Voraussetzung, daß sich sein Vermögen wirklich gemäß dem Edikt im Besitz eines Gläubigers befunden habe.

Da verfügt Dolabella – wie gerecht, darüber sage ich nichts; ich sage nur das eine: wie neuartig, und ich zöge es vor, ich hätte auch dies verschwiegen; denn beides hätte jedermann selbst bemerken können –, Dolabella ordnet also an, P. Quinctius solle sich von Sex. Naevius einen Geldbetrag versprechen lassen: «Für den Fall, daß sich sein Vermögen nicht gemäß der Verfügung des Prätors P. Burrienus dreißig Tage im Besitz eines Gläubigers befunden habe.» Die damaligen Rechtsbeistände des Quinctius lehnten ab; sie führten aus, der Prozeß müsse so durchgeführt werden, daß entweder beide Parteien einander oder keine Sicherheit leiste; es sei unnötig, den Ruf der einen Partei zum Gegenstand der Verhandlung zu machen. Überdies beteuerte Quinctius selbst, er weigere deshalb die Sicherheitsleistung, weil es nicht heißen solle, er habe zugestanden, daß sein Vermögen dem Edikt gemäß beschlagnahmt gewesen sei; wenn er sich aber unter dieser Bedingung einen Geldbetrag versprechen lasse, dann müsse er, wie es jetzt geschieht, an erster Stelle eine Sache führen, bei der es um seine Existenz gehe. Dolabella – wie es die Art der Leute von Adel ist: ob sie etwas richtig oder verkehrt angefangen haben, in beidem tun sie sich derart hervor, daß niemand unseresgleichen es ihnen nachmachen kann – fährt mit größter Tatkraft fort, Unrecht zu begehen: er befiehlt, Sicherheit zu leisten oder auf das Schuldversprechen einzugehen,

re, et interea recusantis nostros advocatos acerrime submoveri.

Conturbatus sane discedit Quinctius; neque 32  
mirum, cui haec optio tam misera tamque iniqua daretur ut aut ipse se capitis damnaret, si satis dedisset, aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Cum in altera re causae nihil esset quin secus iudicaret ipse de se, quod iudicium gravissimum est, in altera spes esset ad talem tamen virum iudicem veniendi, unde eo plus opis auferret quo minus attulisset gratiae, sponsionem facere maluit; fecit; te iudicem, C. Aquili, sumpsit, ex sponso egit. In hoc summa iudici causaque tota consistit.

Iudicium esse, C. Aquili, non de re pecuniaria, sed 33  
de fama fortunisque P. Quincti vides. Cum maiores ita constituerint ut, qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret, nos inaudita criminatione accusatorum priore loco causam dicere intellegis. Eos porro qui defendere consuerunt vides accusare, et ea ingenia converti ad perniciem quae antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. Illud etiam restiterat quod hesterno die fecerunt, ut te in ius educerent, ut nobis tempus quam diu diceremus praestitueres; quam rem facile a praetore impetrassent, nisi tu quod

und unterdessen solle man unsere Einspruch erhebenden Rechtsbeistände auf die schärfste Art vom Platze weisen.

Ganz verstört entfernt sich Quinctius. Was Wunder, war er doch vor eine so elende und so ungerechte Wahl gestellt, daß er sich entweder durch Sicherheitsleistung selbst für ehrlos erklären oder nach Maßgabe des Schuldversprechens an erster Stelle für seine Existenz eintreten mußte. Einerseits lag keine Veranlassung vor, daß er selbst übel über sich urteilte, was ja das schlimmste Urteil ist; andererseits bestand Aussicht, trotz allem einen solchen Mann als Richter zu erhalten, von dem er desto größere Hilfe empfangen, je geringeren Einfluß er aufbieten konnte. So zog er es vor, das Schuldversprechen anzunehmen, er nahm es an, er war mit dir als Richter einverstanden, C. Aquilius, er klagte auf Grund des Schuldversprechens. Auf diesem Sachverhalt beruht im wesentlichen das Verfahren und der ganze Fall.

Du siehst, C. Aquilius, es geht in diesem Prozeß nicht um eine beliebige Geldangelegenheit, sondern um Ruf und Vermögen des P. Quinctius. Zwar haben es unsere Vorfahren so gehalten, daß, wer um seine Existenz kämpft, an letzter Stelle sprechen darf; wir aber müssen, wie du bemerkst, ohne die Beschuldigungen der Ankläger vernommen zu haben, an erster Stelle für unsere Sache eintreten. Du siehst weiterhin, daß diejenigen Anklage erheben, die zu verteidigen pflegen, und daß sich die Talente der Vernichtung zuwenden, die zuvor auf Rettung und Hilfeleistung bedacht waren<sup>17</sup>. Das aber fehlte noch, was sie gestern getan haben, daß sie dich vor Gericht führten, damit du für uns eine begrenzte Redezeit festsetzen ließest; sie hätten das ohne Mühe beim Prätor erwirkt, wenn du nicht eine Belehrung über

esset tuum ius et officium potestasque docuisses. Neque nobis adhuc praeter te quisquam fuit, ubi nostrum ius contra illos obtineremus, neque illis umquam satis fuit illud obtinere quod probari omnibus posset; ita sine iniuria potentiam levem atque inopem esse arbitrantur. 34

Verum quoniam tibi instat Hortensius ut eas in consilium, a me postulat ne dicendo tempus absumam, queritur priore patrono causam defendente numquam perorari potuisse, non patiar istam manere suspicionem nos rem iudicari nolle; neque illud mihi adrogabo, me posse causam commodius demonstrare quam antea demonstrata sit, neque tamen tam multa verba faciam, propterea quod et ab illo qui tum dixit iam informata causa est et a me, qui neque excogitare neque pronuntiare multa possum, brevitatis postulatur, quae mihimet ipsi amicissima est; faciam quod te saepe animadverti facere, Hortensi; totam causae meae dictionem certas in partis dividam. Tu id semper facis, quia semper potes, ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor posse facere; quod tibi natura dat ut semper possis, id mihi causa concedit ut hodie possim. Certos mihi finis terminosque constituam, extra quos egredi non possim, si maxime velim, ut et mihi sit propositum de quo dicam, et Hortensius habeat exposita ad quae respondeat, et tu, C. Aquili, iam ante animo prospicere possis quibus de rebus auditurus sis. 35



Recht, Pflicht und Befugnis deines Amtes erteilt hättest. Wir haben bislang außer dir niemanden gefunden, bei dem wir gegenüber diesen Leuten unser Recht behaupten konnten; ihnen aber genügte es niemals, nur das zu erlangen, was jedermann hätte billigen können: so sehr glauben sie, ihre Macht sei unbedeutend und dürftig, wenn sie nicht Unrecht bewirke.

Indes, Hortensius setzt dir zu, du sollest in die Beratung eintreten; er verlangt von mir, ich solle die Zeit nicht mit Reden vergeuden; er beschwert sich, man habe niemals zum Schluß kommen können, solange der vorige Anwalt die Sache vertrat. Ich möchte daher keinerlei Verdacht auf uns sitzen lassen, wir wollten in dieser Sache gar kein Urteil. Zwar maße ich mir nicht an, ich könne den Fall übersichtlicher darstellen, als er früher dargestellt worden ist; andererseits will ich nicht allzu viele Worte machen, weil der frühere Redner bereits ein Bild der Sachlage entworfen hat und man von mir, der ich nicht viel zu ersinnen und auszudrücken vermag, Kürze erwartet, die mir ohnehin am liebsten ist. Ich werde also tun, was ich oft bei dir beobachtet habe, Hortensius: ich werde die ganze Darlegung meines Falles in bestimmte Abschnitte einteilen. Du tust das immer, weil du es immer fertigbringst; ich will's in diesem Falle tun, weil ich es hier tun zu können glaube; was du durch Geschenk der Natur immer kannst, das heute zu können, erlaubt mir der Sachverhalt. Ich will mir feste Grenzen und Schranken setzen, die ich, und wollte ich's noch so sehr, nicht überschreiten kann. Dann ist für mich bestimmt, worüber ich rede; Hortensius erhält eine Aufstellung der Punkte, auf die er antworten soll, und du, C. Aquilius, kannst dich schon im voraus auf die Dinge einrichten, von denen du hören wirst.

Negamus te bona P. Quincti, Sex. Naevi, possedis- 36  
se ex edicto praetoris. In eo sponsio facta est. Osten-  
dam primum causam non fuisse cur a praetore  
postulares ut bona P. Quincti possideres, deinde ex  
edicto te possidere non potuisse, postremo non pos-  
sedisse. Quaeso, C. Aquili vosque qui estis in consi-  
lio, ut quid pollicitus sim diligenter memoriae man-  
detis; etenim rem facilius totam accipietis, si haec  
memineritis, et me facile vestra existimatione revo-  
cabitis, si extra hos cancellos egredi conabor quos  
mihi ipse circumdedi. Nego fuisse causam cur postu-  
laret, nego ex edicto possidere potuisse, nego posse-  
disse. Haec tria cum docuero, peroraro.

Non fuit causa cur postularet. Qui hoc intellegi 37  
potest? Quia Sex. Naevio neque ex societatis ratione  
neque privatim quicquam debuit Quinctius. Quis  
huic rei testis est? Idem qui acerrimus adversarius; in  
hanc rem te, te inquam, testem, Naevi, citabo.  
Annum et eo diutius post mortem C. Quincti fuit in  
Gallia tecum simul Quinctius. Doce te petisse ab eo  
istam nescio quam innumerabilem pecuniam, doce  
aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi; debuis-  
se concedam.

Wir bestreiten, daß du, Sex. Naevius, gemäß dem prätorischen Edikt den Besitz an dem Vermögen des P. Quinctius innegehabt hast. Wegen dieser Frage wurde das Schuldversprechen abgegeben. Ich werde folgendes beweisen: 1. daß kein Grund vorlag, weshalb du beim Prätor den Besitz an dem Vermögen des P. Quinctius hättest beantragen können, 2. daß du den Besitz nicht dem Edikt gemäß innehaben konntest, 3. daß du ihn gar nicht innegehabt hast. Bitte, C. Aquilius und ihr, die ihr seine Berater seid, behaltet genau im Gedächtnis, was ich angekündigt habe. Denn wenn ihr euch hieran erinnert, dann werdet ihr den ganzen Sachverhalt leichter erfassen, und die Besorgnis, euer Wohlwollen zu verlieren, wird mich leicht zurückrufen, wenn ich mich anschicke, die Schranken, die ich selbst um mich herum aufgestellt habe, zu überschreiten. Ich bestreite, daß ein Grund vorlag, weshalb Naevius den Antrag hätte stellen können; ich bestreite, daß er gemäß dem Edikt den Besitz innehaben konnte; ich bestreite, daß er ihn innehatte. Wenn ich diese drei Punkte dargelegt habe, komme ich zum Schluß.

Es lag kein Grund vor, den Antrag zu stellen. Woran läßt sich das erkennen? Daran, daß Quinctius dem Sex. Naevius weder im Namen der Gesellschaft noch privat etwas schuldete. Wer ist hierfür Zeuge? Gerade sein schärfster Gegner: hierfür werde ich dich, ja dich, Naevius, als Zeugen aufrufen. Ein Jahr und länger hielt sich Quinctius nach dem Tode des C. Quinctius mit dir zusammen in Gallien auf. Beweise, daß du damals diesen ich weiß nicht wie ungeheuren Betrag von ihm verlangt hast; beweise, du habest irgendwann einmal eine Bemerkung gemacht und das Bestehen der Schuld behauptet: dann will ich zugeben, daß sie wirklich bestand.

Moritur C. Quinctius qui tibi, ut ais, certis nomi- 38  
 nibus grandem pecuniam debuit. Heres eius P.  
 Quinctius in Galliam ad te ipsum venit in agrum  
 communem, eo denique ubi non modo res erat sed  
 ratio quoque omnis et omnes litterae. Quis tam dis-  
 solutus in re familiari fuisset, quis tam negligens,  
 quis tam tui, Sexte, dissimilis qui, cum res ab eo qui-  
 cum contraxisset recessisset et ad heredem pervenis-  
 set, non heredem, cum primum vidisset, certio-  
 rem faceret, appellaret, rationem adferret, si quid in con-  
 troversiam veniret, aut intra parietes aut summo iure  
 experiretur? Itane est? quod viri optimi faciunt, si  
 qui suos propinquos ac necessarios caros et honestos  
 esse atque haberi volunt, id Sex. Naevius non faceret,  
 qui usque eo fervet ferturque avaritia ut de suis com-  
 modis aliquam partem velit committere ne quam  
 partem huic propinquo suo ullius ornamenti relin-  
 quat? et is pecuniam, si qua deberetur, non peteret 39  
 qui, quia, quod debitum numquam est, id datum non  
 est, non pecuniam modo verum etiam hominis pro-  
 pinqui sanguinem vitamque eripere conatur? Huic  
 tum molestus esse videlicet noluisti quem nunc  
 respirare libere non sinis; quem nunc interficere  
 nefarie cupis, eum tum pudenter appellare volebas.  
 Ita credo; hominem propinquum, tui observantem,  
 virum bonum, pudentem, maiorem natu volebas aut  
 non audebas appellare; saepe, ut fit, cum ipse te con-

C. Quinctius stirbt, der dir, wie du sagst, auf Grund unanfechtbarer Titel eine große Summe schuldig blieb. Sein Erbe, P. Quinctius, kommt zu dir nach Gallien auf das der Gesellschaft gehörende Gut, kurzum dorthin, wo sich nicht nur der Besitz befand, sondern auch die ganze Buchführung und alle Schriftstücke. Wer wäre in einer Geldsache so liederlich gewesen, wer so nachlässig, wer dir, Sextus, so unähnlich, daß er nicht, nachdem sich das Vermögen von dem ursprünglichen Geschäftspartner getrennt hatte und an den Erben gelangt war, daß er nicht diesen Erben, kaum daß er ihn erblickt, in Kenntnis setzte und mahnte, die Unterlagen beibrächte und, wenn etwas strittig würde, innerhalb der vier Wände oder mit allen rechtlichen Mitteln eine Kraftprobe unternähme? Steht es so? Was selbst anständige Leute tun, die doch wünschen, daß ihre Verwandten und Freunde geschätzt und angesehen sind und auch dafür gelten, das hätte Sex. Naevius nicht getan? Den doch brennende Mißgunst dahin treibt, daß er bereit wäre, etwas von seinem eigenen Vorteil preiszugeben, um nur ja diesem seinem Verwandten kein einziges wertvolles Stück zu lassen? Und der Mann hätte eine angeblich geschuldete Summe nicht zurückgefordert, der seinem Verwandten nicht nur Geld, sondern auch Blut und Leben zu entreißen sucht, weil eine Schuld, die nie existierte, nicht beglichen wurde? Freilich, du wolltest ihm damals nicht ungelegen sein, den du jetzt nicht einmal frei atmen läßt; den du jetzt ruchlos töten willst, den mochtest du damals nicht bescheiden an die Schuld erinnern. So war's, glaube ich: einen Verwandten, der dich achtete, einen anständigen, bescheidenen Menschen, der älter war als du, wünschtest oder wagtest du nicht zu mahnen. Wie es zu gehen pflegt: oft hattest du dich selbst ermutigt, du hattest beschlos-

firmasses, cum statuisses mentionem de pecunia facere, cum paratus meditatatusque venisses, homo timidus virginali verecundia subito ipse te retinebas; excidebat repente oratio; cum cuperes appellare, non audebas, ne invitus audiret. Id erat profecto.

Credamus hoc, Sex. Naevium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Si debuisset, Sexte, petisses, et petisses statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo, at aliquanto; sex quidem illis mensibus profecto; anno vertente sine controversia. Anno et sex mensibus vero, cum tibi cotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis; biennio iam confecto fere appellas. Quis tam perditus ac profusus nepos non adesa iam sed abundantiam etiam pecunia sic dissolutus fuisset ut fuit Sex. Naevius? Cum hominem nomino, satis mihi videor dicere. Debuit tibi C. Quinctius, numquam petisti; mortuus est ille, res ad heredem venit; cum eum cotidie videres, post biennium denique appellas. Dubitabitur utrum sit probabilius, Sex. Naevium statim si quid deberetur petiturum fuisse, an ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? At tecum plus annum vixit. In Gallia agi non potuit? At

sen, das Geld zur Sprache zu bringen, du warst vorbereitet und mit einstudierten Worten gekommen. Dann aber hieltest du schüchterner Mensch in mädchenhafter Scheu dich plötzlich selbst zurück; die Rede war dir auf einmal entfallen; obwohl du ihn mahnen wolltest, du getrautest dich nicht, damit er's nicht mit Unwillen vernähme. Das war es gewiß.

Das sollen wir also glauben, daß Sex. Naevius dessen Ohren geschont hat, dessen Haupt er jetzt angreift! Wenn er dir etwas schuldig gewesen wäre, Sextus, du hättest es gefordert, und hättest es sogleich gefordert, wenn nicht sogleich, dann bald darauf, wenn nicht bald darauf, so doch einige Zeit später, bestimmt innerhalb der ersten sechs Monate, vor Ablauf eines Jahres ohne Zweifel. Doch du sagst in einem Jahr und sechs Monaten kein Wort, während du täglich Gelegenheit hattest, dem Mann einen Hinweis zu geben. Als schon fast zwei Jahre vorbei sind, da machst du endlich deine Forderung geltend. Welcher noch so verkommene und haltlose Verschwender wäre nicht erst, wenn das Geld verzehrt, sondern sogar, wenn es noch in Fülle vorhanden, so liederlich gewesen wie Sex. Naevius? Wenn ich den Menschen nur beim Namen nenne, dann sage ich, glaube ich, genug. C. Quinctius stand in deiner Schuld: du hast niemals gefordert. Er starb, das Vermögen fiel an den Erben: wie wohl du ihn täglich sahest, berufst du dich erst nach zwei Jahren auf deine Forderung. Kann man bezweifeln, was wahrscheinlicher ist: ob Sex. Naevius, wenn eine Schuld bestand, sogleich die Zahlung gefordert oder ob er während zweier Jahre nicht einmal gemahnt hätte? War keine Gelegenheit zum Mahnen vorhanden? Quinctius lebte doch mehr als ein Jahr mit dir zusammen. Konnte man in Gallien nicht prozessieren? In der Provinz wurde doch

et in provincia ius dicebatur et Romae iudicia fiebant. Restat ut aut summa negligentia tibi obstiterit aut unica liberalitas. Si negligentiam dices, mirabimur, si bonitatem, ridebimus; neque praeterea quid possis dicere invenio. Satis est argumenti nihil esse debitum Naevio, quod tam diu nihil petivit.

Quid si hoc ipsum quod nunc facit ostendo testimonio esse nihil deberi? Quid enim nunc agit Sex. Naevius? qua de re controversia est? quod est hoc iudicium in quo iam biennium versamur? quid negoti geritur in quo ille tot et talis viros defatigat? Pecuniam petit. Nunc denique? verum tamen petat; audiamus. De rationibus et controversiis societatis volt diiudicari. Sero, verum aliquando tamen; concedamus. "Non," inquit, "id ago, C. Aquili, neque in eo nunc laboro. Pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius. Utatur sane; non peto."

Quid igitur pugnas? an, quod saepe multis in locis dixisti, ne in civitate sit, ne locum suum quem adhuc honestissime defendit obtineat, ne numeretur inter vivos, ut decernat de vita et ornamentis suis omnibus, apud iudicem causam priore loco dicat et, eam cum orarit, tum denique vocem accusatoris audiat? Quid? hoc quo pertinet? ut ocus ad tuum pervenias? At si id velles, iam pridem actum esse poterat. Ut



Recht gesprochen, und in Rom fanden ebenfalls Prozesse statt. So bleibt übrig, daß größte Gleichgültigkeit dich hinderte oder einzigartige Großzügigkeit. Wenn du sagst, Gleichgültigkeit, dann wundern wir uns; sagst du Freigiebigkeit, so lachen wir, und ich entdecke nichts, was du sonst noch sagen könntest. Genug des Beweises: dem Naevius gegenüber bestand keine Schuld, da er so lange nichts gefordert hat.

Wie steht es, wenn ich zeige, daß eben sein jetziges Verhalten das Fehlen einer Verpflichtung bekundet? Denn was betreibt Sex. Naevius jetzt? Worum wird hier gestritten? Was ist das für ein Prozeß, der uns schon zwei Jahre in Atem hält<sup>18</sup>? Worum geht es in dieser Affäre, mit der er so viele und so treffliche Männer zermürbt? Er fordert sein Geld. Jetzt endlich? Doch mag er es fordern; laßt hören. Er wünscht, daß über Geschäftsführung und strittige Angelegenheiten der Gesellschaft ein Urteil gefällt wird. Spät, doch immerhin irgendwann; wir wollen's zugestehen. «Nein», sagt er da, «nicht darum prozessiere ich, C. Aquilius, nicht hierauf richten sich jetzt meine Anstrengungen. Schon viele Jahre arbeitet P. Quinctius mit meinem Gelde. Mag er nur damit arbeiten; ich fordere es nicht.»

Warum kämpfst du also? Er soll wohl, wie du oft bei mancherlei Anlässen erklärtest, nicht mehr zur Bürgerschaft gehören, soll die Stellung verlieren, die er bis jetzt auf die anständigste Weise behauptete, soll nicht mehr zu den Lebenden zählen, soll um Existenz und seine sämtlichen Ehrenrechte ringen, soll sich an erster Stelle vor dem Richter verantworten und erst dann, wenn er seine Sache geführt hat, die Stimme des Anklägers vernehmen? Wie? Was bezweckt diese Aktion? Daß du schneller zu dem Deinen kommst? Nein! Denn wenn du das wolltest,

honestiore iudicio conflictere? At sine summo scelere P. Quinctium, propinquum tuum, iugulare non potes. Ut facilius iudicium sit? At neque C. Aquilius de capite alterius libenter iudicat et Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. 44

Quid a nobis autem, C. Aquili, refertur? Pecuniam petit; negamus deberi. Iudicium fiat statim; non recusamus. Num quid praeterea? Si veretur ut res iudicio facto parata sit, iudicatum solvi satis accipiat; quibus a me verbis satis acceperit, isdem ipse, quod peto, satis det. Actum iam potest esse, C. Aquili; iam tu potes liberatus discedere molestia prope dicam non minore quam Quinctius.

Quid agimus, Hortensi? quid de hac condicione dicimus? Possumus aliquando depositis armis sine periculo fortunarum de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? "Immo," inquit, "abs te satis accipiam; ego autem tibi satis non dabo." Quis tandem nobis ista iura tam aequa discribit? quis hoc statuit, quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? "Quincti 45

dann könnte die Sache schon längst abgetan sein. Daß du den Streit in einem anständigeren Verfahren ausfichtst? Nein, du scheust vor der äußersten Verruchtheit nicht zurück, um deinem Verwandten P. Quinctius das Messer an die Kehle setzen zu können. Daß sich das Verfahren leichter durchführen läßt? Nein, denn C. Aquilius fällt nicht gern ein Urteil über die Existenz eines anderen, noch versteht Q. Hortensius sich auf Plädoyers, die sich gegen die Existenz richten.

Was aber stellen wir dem entgegen, C. Aquilius? Naeivius fordert Geld; wir bestreiten die Schuld. Man leite sofort ein Verfahren ein; wir weigern uns nicht. Noch etwas? Wenn er Bedenken hat, daß die Summe nach dem Urteil zur Verfügung steht, dann soll er für die Erfüllung der Urteilsschuld Sicherheit empfangen; mit denselben Worten, mit denen er von mir Sicherheit empfängt, soll er selbst – so lautet meine Bedingung – Sicherheit leisten. Die Sache könnte schon bereinigt sein, C. Aquilius; du könntest schon nach Hause gehen und wärest, möchte ich beinahe behaupten, von keinem geringeren Verdruß befreit als Quinctius.

Was tun wir da, Hortensius? Was sagen wir zu diesem Vorschlag? Können wir endlich die Waffen niederlegen und ohne Gefahr für ein ganzes Vermögen über eine Geldangelegenheit verhandeln? Können wir unsere Interessen verfolgen, ohne die Existenz eines Verwandten anzutasten? Können wir die Rolle eines Klägers übernehmen und die des Anklägers fallenlassen? «O nein», sagt er da, «ich will zwar von dir Sicherheit empfangen, doch will ich dir keinerlei Sicherheit leisten.» Wer teilt uns eigentlich derart gleiche Rechte zu? Wer befindet, was bei Quinctius recht sei, das sei bei Naeivius nicht billig? «Das Vermögen des Quinctius», erklärt er

bona," inquit, "ex edicto praetoris possessa sunt." Ergo, id ut confitear, postulas ut, quod numquam factum esse iudicio defendimus, id, proinde quasi factum sit, nostro iudicio confirmemus?

Inveniri ratio, C. Aquili, non potest ut ad suum 46  
quisque quam primum sine cuiusquam dedecore,  
infamia pernicieque perveniat? Profecto, si quid  
deberetur, peteret; non omnia iudicia fieri mallet  
quam unum illud unde haec omnia iudicia nascun-  
tur. Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinc-  
tium, cum potestas esset agendi cotidie, qui, quo  
tempore primum agere coepit, in vadimoniis diffe-  
rendis tempus omne consumpserit, qui postea vadi-  
monium quoque missum fecerit, hunc per insidias vi  
de agro communi deiecerit, qui, cum de re agendi  
nullo recusante potestas fuisset, sponsionem de pro-  
bro facere maluerit, qui, cum revocetur ad id iudici-  
um unde haec nata sunt omnia, condicionem aequis-  
simam repudiet, fateatur se non pecuniam sed vitam  
et sanguinem petere, is non hoc palam dicit: "mihi si  
quid deberetur, peterem atque adeo iam pridem  
abstulissem; nihil hoc tanto negotio, nihil tam invi- 47  
dioso iudicio, nihil tam copiosa advocatione uterer,  
si petendum esset; extorquendum est invito atque  
ingratis; quod non debet, eripiendum atque expri-

da, «war gemäß dem prätorischen Edikt beschlagnahmt.» Damit ich das zugebe, verlangst du also, ich solle durch mein eigenes Urteil als geschehen bekräftigen, was, wie ich in diesem Prozeß behaupte, niemals geschehen ist?

Läßt sich denn kein Weg ausfindig machen, C. Aquilius, daß jeder möglichst schnell zum Seinigen kommt, ohne jemandem Makel, Schande und Unglück zu bringen? Wahrhaftig, wenn eine Schuld bestünde, Naevius würde sie einklagen; er würde nicht sämtliche Verfahren dem einen vorziehen, aus dem sie alle erwachsen sind. Er hat doch während so vieler Jahre den Quinctius nicht einmal gemahnt, obwohl er täglich Gelegenheit zum Verhandeln hatte; er hat doch, nachdem er zu prozessieren begonnen, die ganze Zeit mit Aufschieben von Terminen vertan; er hat sodann den Termin nicht ausgenutzt und Quinctius tückisch und gewaltsam von dem gemeinsamen Landbesitz vertrieben; er hat es vorgezogen, wegen eines schändlichen Vorwurfs ein Schuldversprechen abzugeben, obwohl er, ohne daß jemand Einspruch erhob, über die Forderung selbst prozessieren konnte; er bekennt, da man ihn auf das Verfahren verweist, das alles weitere verursacht hat, und er einen noch so gerechten Vorschlag ablehnt, daß er nicht auf Geld aus ist, sondern auf Leben und Blut. Mit alledem erklärt dieser Mann doch öffentlich: «Wenn man mir etwas schuldete, ich würde klagen und hätte sogar schon längst mein Teil erlangt. Ich bedürfte nicht eines derartigen Umstandes, nicht eines so mißliebigen Verfahrens und nicht so zahlreicher Rechtsbeistände, wenn es nur darum ginge, etwas einzuklagen: wider Willen und Zustimmung soll etwas entwunden werden; es gilt, dem P. Quinctius zu entreißen und abzuwingen, was er nicht schuldet; es geht darum,

mendum est; de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus est; potentes, disertis, nobiles omnes advocandi sunt; adhibenda vis est veritati, minae iacentur, pericula intendantur, formidines opponantur, ut his rebus aliquando victus et perterritus ipse se dedat?" Quae me hercule omnia, cum qui contra pugnent video, et cum illum consessum considero, adesse atque impendere videntur neque vitari ullo modo posse; cum autem ad te, C. Aquili, oculos animumque rettuli, quo maiore conatu studioque aguntur, eo leviora infirmioraque existimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipse praedicas.

Quid si debuisset? continuone causa fuisset cur a 48  
 praetore postulares ut bona possideres? Non opinor id quidem neque ius esse neque cuiquam expedire. Quid igitur demonstrat? Vadimonium sibi ait esse desertum. Ante quam doceo id factum non esse, libet mihi, C. Aquili, ex officii ratione atque ex omnium consuetudine rem ipsam et factum simul Sex. Naevi considerare. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is quicum tibi adfinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant. Illicone ad praetorem ire convenit? continuone verum fuit postulare ut ex edicto bona possidere liceret? ad haec extrema et inimicissima iura tam cupide decurrebas ut tibi nihil in posterum quod gravius atque crudelius facere posses reserves?

ihn von seinem gesamten Besitz zu verdrängen; hierfür müssen alle einflußreichen, redegewandten und vornehmen Männer aufgeboten werden; der Wahrheit geschehe Gewalt, man werfe mit Drohungen um sich, man lasse Gefahren lauern und Schreckbilder sich in den Weg stellen, damit er, hiervon endlich besiegt und eingeschüchtert, sich selbst geschlagen gibt.» Beim Herkules! Wenn ich auf die Widersacher blicke und diese Versammlung dort betrachte, dann, so scheint es mir, ist alles dies vorhanden, drohend und völlig unausweichlich. Sobald ich aber Augen und Sinn dir zuwende, C. Aquilius, dann sehe ich diese Versuche für desto geringfügiger und kraftloser an, mit je größerem Einsatz und Eifer sie betrieben werden. Also: Quinctius schuldet nichts; das verkündest du selbst.

Und wenn er etwas geschuldet hätte? Bestand sofort Anlaß, beim Prätor den Besitz des Vermögens zu beantragen? Ich meine nicht, dies sei überhaupt nicht Rechtens und könne niemandem nützen. Was legt er also dar? Er behauptet, man habe einen ihm zugesicherten Termin versäumt. Ich will beweisen, daß dies nicht geschehen ist; zuvor aber möchte ich, C. Aquilius, die Sache selbst und hiermit die Tat des Sex. Naevius nach Maßgabe pflichtmäßigen Verhaltens und des allgemein Üblichen würdigen. Nach deiner Behauptung war der nicht zum Termin erschienen, mit dem Verwandtschaft, gemeinsamer Geschäftsbetrieb und überhaupt allerlei alte Beziehungen und Bindungen bestanden. Gehörte es sich da, sofort zum Prätor zu gehen? War es recht, sofort zu beantragen, man möge dir dem Edikt gemäß den Vermögensbesitz zuweisen? Du stürztest dich so gierig auf die schärfsten und gehässigsten Rechtsmittel, daß du nichts für die Zukunft aufspartest, was du Schlimmeres und Grausameres tun könntest?

Nam quid homini potest turpius, quid viro miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam si cuiquam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria, tamen, dum existimatio est integra, facile consolatur honestas egestatem. At non nemo aut ignominia adfectus aut iudicio turpi convictus bonis quidem suis utitur, alterius opes, id quod miserri-  
mum est, non exspectat, hoc tamen in miseris adiumento et solacio sublevatur. Cuius vero bona venierunt, cuius non modo illae amplissimae fortunae sed etiam victus vestitusque necessarius sub praeconem cum dedecore subiectus est, is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed, si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat, vita ita turpis ne mortu-  
i quidem honestae locum relinquit. Ergo hercule, cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur; de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur; cui magistri fiunt et domini constituuntur, qui qua lege et qua condicione pereat pronuntient, de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit, huic acerbissimum vivo videntique funus indicitur, si



Denn was kann einem Menschen Schimpflicheres zustoßen, was kann für einen Mann elender und bitterer sein? Welche Schande dieses Ausmaßes kann sich ereignen, welch Unglück dieser Größe läßt sich erdenken? Wenn jemandem das Schicksal das Vermögen nahm oder die ungerechte Tat eines anderen es ihm entriß, dann tröstet dennoch leicht die Ehrenhaftigkeit über die Armut hinweg, ist nur der Ruf ungekränkt. Andererseits erleidet manch einer Schande, oder er wird in einem schimpflichen Verfahren überführt: immerhin genießt er sein Vermögen, er braucht nicht – was ja das Elendeste ist – nach fremder Unterstützung auszuschauen; so kann er sich trotz seines Unglücks an diesem helfenden Trost aufrichten. Doch wer sein Vermögen durch Konkurs verlor, bei wem nicht nur der stattliche Besitz, sondern auch die notwendige Nahrung und Kleidung mit Schanden unter den Hammer geriet, der wird aus der Zahl der Lebenden vertrieben oder gar, wenn es geschehen könnte, tiefer hinab verbannt als die Toten. Denn ein ehrenhafter Tod zierte oft auch ein schimpfliches Leben; doch ein so schimpfliches Leben läßt nicht einmal mehr einen ehrenvollen Tod offen. In der Tat, beim Herkules, dessen Vermögen nach dem Edikt der Beschlagnahme verfällt, dessen Ruf und Ansehen wird insgesamt zugleich mit dem Vermögen beschlagnahmt; über wen man an den belebtesten Orten Bekanntmachungen anbringt, dem ist nicht einmal erlaubt, still und verborgen zu sterben; wem man Konkursverwalter gibt und Gebieter bestimmt, die über Gesetz und Bedingung seines Untergangs befinden sollen, wen die Stimme des Ausrufers ankündigt und für wen sie einen Kaufpreis bestimmt, dem wird, einem Lebenden und Sehenden, ein bitterböses Leichenbegängnis angezeigt, wenn man das für ein

funus id habendum est quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas, sed bonorum emptores ut carnifices ad reliquias vitae lacerandas et distrahendas.

Itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt, 51  
praetores ut considerate fieret comparaverunt. Viri boni cum palam fraudantur, cum experiendi potestas non est, timide tamen et pedetemptim istuc descendunt vi ac necessitate coacti, inviti, multis vadimoniis desertis, saepe inlusi ac destituti; considerant enim quid et quantum sit alterius bona proscribere. Iugulare civem ne iure quidem quisquam bonus volt, mavolt commemorari se cum posset perdere pepercisse, quam cum parcere potuerit perdidisse. Haec in homines alienissimos, denique in inimicissimos viri boni faciunt et hominum existimationis et communis humanitatis causa, ut, cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit.

Ad vadimonium non venit. Quis? Propinquus. Si 52  
res ista gravissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Ad vadimonium non venit. Quis? Socius. Etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregasset aut fortuna coniunxisset. Ad vadimo-

Leichenbegängnis halten darf, wozu nicht die Freunde sich versammeln, um dem Trauerzug Ehre zu erweisen, sondern die Aufkäufer der Konkursmasse, um Henkersknechten gleich die Überbleibsel des Lebens zu zerteilen und Stück für Stück zu liquidieren<sup>19</sup>.

Daher wünschten unsere Vorfahren, daß sich derlei selten ereigne, und sorgten die Prätores, daß es mit Umsicht geschehe. Anständige Leute mögen unverhohlen betrogen werden, sie mögen keine Möglichkeit zum Prozessieren haben, dennoch greifen sie nur zögernd und mit großem Bedacht zu diesem Mittel, von zwingender Gewalt genötigt und wider ihren Willen, wenn ihr Partner zahlreiche Termine versäumt hat und sie oft getäuscht und im Stich gelassen wurden; sie wägen nämlich ab, was es bedeutet und was daran hängt, das Vermögen eines anderen zum Verkaufe anzubieten. Ein anständiger Mensch möchte nicht einmal Rechtsens einem Mitbürger die Kehle durchschneiden; er zieht den Ruf vor, geschont zu haben, wo er vernichten konnte, statt vernichtet zu haben, wo er schonen konnte. So verhalten sich anständige Männer gegenüber den fremdesten Menschen, ja sogar gegenüber ihren ärgsten Feinden, wegen ihres Ansehens bei den Leuten und weil wir alle nur Menschen sind: damit ihnen, indem sie selbst keinem anderen wissentlich Schwierigkeiten bereiten, nicht mit Recht irgendein Mißgeschick zustößt.

Er erschien nicht zum Termin. Wer? Ein Verwandter. Wenn diesem Versäumnis an sich sehr großes Gewicht zukäme, so müßte gleichwohl der Titel eines Naheverhältnisses seine Abscheulichkeit verringern. Er erschien nicht zum Termin. Wer? Ein Kompagnon. Selbst Schlimmeres müßtest du dem zugestehen, mit dem dich dein eigener Wille verbunden oder das Geschick zusammen-

nium non venit. Quis? Is, qui tibi praesto semper fuit. Ergo in eum qui semel hoc commisit, ut tibi praesto non esset, omnia tela coniecisti quae parata sunt in eos qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt? Si dupondius tuus ageretur, Sex. Naevi, si in parvola re captionis aliquid vererere, non statim ad C. Aquilium aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, cucurrisses? cum ius amicitiae, societatis, adfinitatis ageretur, cum officii rationem atque existimationis duci conveniret, eo tempore tu non modo non ad C. Aquilium aut L. Lucilium rettulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti, ne hoc quidem tecum locutus es: "Horae duae fuerunt; Quinctius ad vadimonium non venit. Quid ago?" Si me hercule haec tecum duo verba fecisses: "Quid ago?" respirasset cupiditas atque avaritia, paulum aliquid loci rationi et consilio dedisses, tu te conlegisses, non in eam turpitudinem venisses ut hoc tibi esset apud talis viros confitendum, qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas funditus evertere.

Ego pro te nunc hos consulo post tempus et in aliena re, quoniam tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es; quaero abs te, C. Aquili, L. Lucili, P. Quinctili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius et adfinis meus quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria

getan hat. Er erschien nicht zum Termin. Wer? Der dir stets zur Verfügung stand. Einmal also ließ er es dahin kommen, daß er dir nicht zur Verfügung stand, und du schleudertest auf ihn alle Geschosse, bestimmt für die, die aus Treulosigkeit und Trug sehr vieles begangen haben? Wenn es sich um eine winzige Summe handelte, Sex. Naevius, wenn du bei einer Kleinigkeit einige Nachteile befürchten müßtest, wärest du da nicht sofort zu C. Aquilius oder sonst jemandem gelaufen, den man um Rat zu fragen pflegt? Als es aber um das Recht der Freundschaft, der Geschäftsverbindung, der Verwandtschaft ging, als es sich gehörte, auf Pflicht und Ruf Bedacht zu nehmen, da hast du dich nicht an C. Aquilius oder L. Lucilius gewandt, ja du bist nicht einmal mit dir selbst zu Rate gegangen, du sagtest nicht einmal zu dir: «Die zweite Stunde ist um; Quinctius erschien nicht zum Termin. Was tun?» Beim Herkules, wenn du dir diese beiden Worte vorgehalten hättest: «Was tun?», dann hätten Gier und Habsucht sich etwas abgekühlt, du hättest der Vernunft und Überlegung ein wenig Raum gewährt, du hättest dich beruhigt. In die Schande wärest du nicht geraten, daß du vor diesen Männern bekennen müßtest, du habest in derselben Stunde, da man den mit dir vereinbarten Termin versäumte, den Entschluß gefaßt, die Vermögensverhältnisse eines Verwandten völlig über den Haufen zu werfen.

Ich will jetzt an deiner Statt diese Männer hier um Rat fragen, später als recht ist und in fremder Angelegenheit, da du in deiner eigenen zur rechten Zeit um Rat zu fragen vergaßest. Ich frage euch, C. Aquilius, L. Lucilius, P. Quinctilius, M. Marcellus: ein Kompagnon und Verwandter von mir, mit dem eine alte Beziehung und ein frischer Streit über eine Geldangelegenheit besteht, hält

recens intercedit; postulone a praetore ut eius bona mihi possidere liceat, an, cum Romae domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? Quid est quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto, si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum expectare, deinde, si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire, quaerere quis procurator sit, domum denuntiare. Dici vix potest quam multa sint quae respondeatis ante fieri oportere quam ad hanc rationem extremam necessario devenire.

Quid ad haec Naevius? Ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta virorum bonorum requiramus. "Quid mihi," inquit, "cum ista summa sanctimonia ac diligentia? viderint," inquit, "ista officia viri boni, de me autem ita considerent: non quid habeam sed quibus rebus invenerim quaerant, et quem ad modum natus et quo pacto educatus sim. Memini; vetus est, 'de scurra multo facilius divitem quam patrem familias fieri posse.'" Haec ille, si verbis non audet, re quidem vera palam loquitur. Etenim si volt virorum bonorum instituto vivere, multa oportet discat ac dediscat, quorum illi aetati utrumque difficile est.

mir einen Termin nicht ein; beantrage ich da beim Prätor, er möge mir den Besitz an dessen Vermögen zuweisen, oder gebe ich lieber Nachricht in sein Haus, da doch sein Haus, seine Frau und seine Kinder sich in Rom befinden? Kurzum, was würdet ihr wohl in dieser Sache für angemessen halten? Wahrhaftig, wenn ich euren Anstand und eure Einsicht richtig kenne, so kann ich mich in eurer Antwort, wenn man euch um Rat fragen würde, nicht sehr täuschen: zuerst, man solle abwarten, dann, wenn der Partner sich zu verbergen und längere Zeit ein böses Spiel zu treiben scheint, man solle die Freunde aufsuchen, fragen, wer Bevollmächtigter sei, und Nachricht ins Haus zustellen. Es läßt sich kaum sagen, wie vieles eure Antwort für unerläßlich erklären würde, ehe man gezwungenermaßen zu dieser äußersten Maßnahme greift.

Was meint Naevius hierzu? Er lacht natürlich über unsere Torheit, daß wir in seiner Lebensführung die Grundsätze größten Pflichtbewußtseins vermissen und nach den Gepflogenheiten anständiger Männer fragen. «Was soll ich», sagt er, «mit diesem Höchstmaß an Redlichkeit und Korrektheit? Mögen sich», fährt er fort, «die anständigen Leute um derartige Rücksichten kümmern, über mich aber soll man so denken: man soll nicht fragen, was ich besitze, sondern wie ich dazu gekommen bin, und woher ich stamme und was für eine Erziehung ich genossen habe. Ich erinnere mich da des alten Sprichworts, daß ein Nichtsnutz vielleicht ein reicher Mann werden könne als ein ehrbarer Hausvater.» So etwas sagt er, wenn auch nicht mit Worten, so doch durch seine Taten in aller Offenheit. Denn wenn er nach den Grundsätzen anständiger Leute leben wollte, so müßte er sich vieles an- und abgewöhnen; doch beides ist in seinem Alter schwierig.

“Non dubitavi,” inquit, “cum vadimonium desertum esset, bona proscribere.” Improbe; verum, quoniam tu id tibi adrogas et concedi postulas, concedamus. Quid si numquam deseruit, si ista causa abs te tota per summam fraudem et malitiam ficta est, si vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit? quo te nomine appellemus? Improbum? At etiam si desertum vadimonium esset, tamen in ista postulatione et proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. Malitiosum? Non negas. Fraudulentum? Iam id quidem adrogas tibi et praeclarum putas. Audacem, cupidum, perfidiosum? Volgaria et obsoleta sunt; res autem nova atque inaudita. Quid ergo est? Vereor me hercule ne aut gravioribus utar verbis quam natura fert, aut levioribus quam causa postulat. Ais esse vadimonium desertum. Quaesivit a te, statim ut Romam rediit, Quinctius quo die vadimonium istuc factum esse diceres. Respondisti statim: Nonis Febr. Discedens in memoriam redit Quinctius quo die Roma in Galliam profectus sit; ad ephemeridem revertitur; invenitur dies profectionis pridie Kal. Febr. Nonis Febr. si Romae fuit, causae nihil dicimus quin tibi vadimonium promiserit. Quid? hoc inveniri qui potest? Profectus est una L. Albius, homo cum primis honestus; dicet testimonium. Prosecuti sunt familiares et Albius et Quinctium; dicent hi quoque testimonium. Litterae P.

57

58



«Ich habe nicht gezögert», sagt er, «nach dem versäumten Termin das Vermögen zum Verkaufe anzubieten.» Eine Gemeinheit, aber, da du dir das herausnimmst und Nachsicht verlangst, wollen wir Nachsicht üben. Wie aber, wenn Quinctius niemals einen Termin versäumt hat? Wenn du diesen Vorwand durch ärgsten Lug und Trug gänzlich erfunden hast? Wenn du überhaupt keinen Termin mit P. Quinctius vereinbart hattest? Wie sollen wir dich nennen: gemein? Doch selbst wenn der Termin versäumt worden wäre, hast du dich durch jenen Antrag<sup>20</sup> und die Ausbietung des Vermögens als der Gemeinsten einer erzeugt. Hinterhältig? Das bestreitest du selbst nicht. Betrügerisch? Auch das nimmst du für dich in Anspruch und hältst es für ein Verdienst. Dreist, habgierig, treulos? Diese Worte sind gewöhnlich und abgegriffen; deine Tat aber ist neu und unerhört. Wie steht es also? Beim Herkules, ich fürchte, heftigere Worte zu gebrauchen, als mir ansteht, oder gelindere, als der Sachverhalt erfordert. Du behauptest, ein Termin sei versäumt worden. Nach Rom zurückgekehrt, fragte Quinctius dich sofort, an welchem Tage nach deiner Meinung der Termin vereinbart wurde. Du antwortetest sofort: «Am 5. Februar.» Quinctius geht fort und denkt nach, an welchem Tage er von Rom nach Gallien abgereist sei; er zieht sein Tagebuch zu Rate: als Datum der Abreise wird der letzte Tag des Januar ermittelt<sup>21</sup>. Wenn Quinctius am 5. Februar in Rom war, so haben wir nichts dagegen einzuwenden, daß er dir einen Termin zusicherte. Wie läßt sich das feststellen? Mit ihm zusammen ist L. Albius abgereist, ein Mann von bestem Ruf; er wird als Zeuge auftreten. Angehörige gaben Albius und Quinctius das Geleit; auch sie werden als Zeugen auftreten. Man kann die Aufzeichnungen des P. Quinctius und eine so

Quincti, testes tot, quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur, cum astipulatore tuo comparabuntur.

Et in hac eius modi causa P. Quinctius laborabit et diutius in tanto metu miser periculoque versabitur? et vehementius eum gratia adversarii perterrebit quam fides iudicis consolabitur? Vixit enim semper inculte atque horride; natura tristi ac recondita fuit; non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est; id egit ut amicos observantia, rem parsimonia retineret; antiquam officii rationem dilexit cuius splendor omnis his moribus obsolevit. At si in causa pari discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum; nunc in causa superiore ne ut par quidem sit postulat, inferiorem se esse patitur, dumtaxat usque eo ne cum bonis, fama fortunisque omnibus Sex. Naevi cupiditati crudelitatiue dedatur.

Docui quod primum pollicitus sum, C. Aquili, causam omnino cur postularet non fuisse, quod neque pecunia debebatur et, si maxime deberetur, commissum nihil esset qua re ad istam rationem perveniretur. Attende nunc ex edicto praetoris bona P. Quincti possideri nullo modo potuisse. Tracta edic-

große Zahl von Zeugen, die alle einen sehr triftigen Grund für ihre Kenntnis und keinen zur Lüge haben, mit deinem Gewährsmann vergleichen.

Und in dieser Lage soll P. Quinctius sich plagen müssen und, ein Unglücklicher, noch länger einer solchen Furcht und Gefahr ausgesetzt sein? Und ihn soll der Einfluß des Gegners in stärkerem Maße schrecken, als die Verlässlichkeit des Richters trösten? Denn seine Lebensführung war stets einfach und knapp, sein Wesen ernst und verschlossen; er hielt sich nicht bei der Sonnenuhr, nicht auf dem Marsfelde<sup>22</sup>, nicht bei Gelagen auf; er suchte seine Freunde durch Erbötigkeit, sein Vermögen durch Sparsamkeit zu erhalten; er schätzte ein Pflichtbewußtsein von alter Art, dessen Glanz bei den jetzigen Gepflogenheiten völlig verblaßt ist. Wenn er nun bei gleich günstiger Sachlage den kürzeren zu ziehen schie-  
ne, dann müßte man ihn gleichwohl in nicht geringem Maße beklagen; jetzt aber verlangt er, obwohl das bessere Recht auf seiner Seite steht, keine gleiche Behandlung; er findet sich damit ab, daß er der Unterlegene ist, allerdings mit der Einschränkung, daß er nicht mit seinem gesamten Vermögen, Ruf und Glücksumständen der Habgier und Rücksichtslosigkeit des Sex. Naevius ausgeliefert werden will.

Ich habe mein erstes Versprechen erfüllt und bewiesen, C. Aquilius, daß Naevius überhaupt keinen Grund hatte, jenen Antrag zu stellen, weil keine Geldschuld bestand und weil Quinctius, vorausgesetzt, sie hätte bestanden, nichts getan hat, was zu einer derartigen Maßnahme die Handhabe bot. Nimm nunmehr zur Kenntnis, daß das Vermögen des P. Quinctius auf keinerlei Weise nach Maßgabe des prätorischen Edikts hat beschlagnahmt werden können. Geh das Edikt durch:

tum. QUI FRAUDATIONIS CAUSA LATITARIT. Non est is Quinctius; nisi si latitant qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscuntur. CUI HERES NON EXSTABIT. Ne is quidem. QUI EXSILI CAUSA SOLUM VERTERIT. ... Quo tempore existimas oportuisse, Naevi, absentem Quinctium defendi aut quo modo? tum cum postulabas ut bona possideres? Nemo adfuit; neque enim quisquam divinare poterat te postulaturum, neque quemquam attinebat id recusare quod praetor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est? Cum proscribebas. Ergo adfuit, non passus est, libellos deiecit Sex. Alfenus; qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia. 61

Videamus quae deinde sint consecuta. Hominem P. Quincti deprehendis in publico, conaris abducere; non patitur Alfenus, vi tibi adimit, curat ut domum reducatur ad Quinctium. Hic quoque summe constat procuratoris diligentis officium. Debere tibi dicis Quinctium, procurator negat; vadari vis, promittit; in ius vocas, sequitur; iudicium postulas, non recusat. Quid aliud sit absentem defendi ego non

«Wer sich in betrügerischer Absicht verborgen hält.» Hierzu gehört Quinctius nicht, es sei denn, daß sich verborgen hält, wer unter Hinterlassung eines Bevollmächtigten eine Geschäftsreise unternimmt. «Wer keinen Erben hat.» Auch hierzu gehört Quinctius nicht. «Wer, um sich in die Verbannung zu begeben, das Land verläßt.» ...<sup>23</sup> Wann oder wie, Naevius, mußte nach deiner Meinung jemand die Interessen des abwesenden Quinctius wahrnehmen? Damals, als du den Vermögensbesitz beantragtest? Da war niemand zur Stelle; denn niemand konnte ahnen, daß du den Antrag stellen würdest, noch konnte sich jemand veranlaßt sehen, gegen das Einspruch zu erheben, was der Prätor nicht ohne Einschränkung, sondern seinem Edikt gemäß zu tun befahl. Wann also wurde dem Bevollmächtigten zuerst Gelegenheit gegeben, für den Abwesenden einzutreten? Als du den Verkauf ausschriebst. Also fand Sex. Alfenus sich ein, er duldete es nicht, er riß die Anschläge ab; der Bevollmächtigte hat den ersten Schritt seiner Obliegenheiten mit größter Gewissenhaftigkeit vollzogen.

Sehen wir uns an, was dann erfolgte! Du machst auf offener Straße einen Sklaven des P. Quinctius dingfest; du versuchst, ihn wegzuführen. Alfenus läßt's nicht zu; er wird handgreiflich und nimmt ihn dir weg; er trägt Sorge, daß er nach Haus zu Quinctius zurückgebracht wird. Auch hier ist die pflichtbewußte Tätigkeit eines gewissenhaften Bevollmächtigten ganz offensichtlich. Du behauptest, Quinctius stehe in deiner Schuld, der Bevollmächtigte bestreitet's; du wünschst die Zusage eines Termins, er ist bereit; du lädst ihn vor Gericht, er gehorcht dir; du verlangst ein Verfahren, er verweigert es nicht. Worin sonst die Interessenvertretung für einen Abwesenden besteht, vermag ich nicht zu begreifen. Wer

intellego. At quis erat procurator? Credo aliquem 62  
 electum hominem egentem, litigiosum, improbum,  
 qui posset scurrae divitis cotidianum convicium  
 sustinere. Nihil minus; eques Romanus locuples, sui  
 negoti bene gerens, denique is quem, quotiens Nae-  
 vius in Galliam profectus est, procuratorem Romae  
 reliquit. Et audes, Sex. Naevi, negare absentem  
 defensum esse Quinctium, cum eum defenderit idem  
 qui te solebat? et, cum is iudicium acceperit pro  
 Quinctio cui tu et rem et famam tuam commendare  
 proficiscens et concredere solebas, conaris hoc dice-  
 re, neminem exstitisse qui Quinctium iudicio defen-  
 deret?

“Postulabam,” inquit, “ut satis daret.” Iniuria 63  
 postulabas; ita videbare; recusabat Alfenus. “Ita, ve-  
 rum praetor decernebat.” – Tribuni igitur appellaban-  
 tur. – “Hic te,” inquit, “teneo; non est istud iudicio  
 pati neque iudicio defendere, cum auxilium a tribu-  
 nis petas.” Hoc ego, cum attendo qua prudentia sit  
 Hortensius, dicturum esse eum non arbitror. Cum  
 autem antea dixisse audio et causam ipsam conside-  
 ro, quid aliud dicere possit non reperio. Fatetur enim  
 libellos Alfenum deiecisse, vadimonium promisisse,  
 iudicium quin acciperet in ea ipsa verba quae Naevi-  
 us edebat non recusasse, ita tamen, more et instituto,

aber war bevollmächtigt? Ich möchte meinen, man hat sich irgendeinen mittellosen Menschen ausgesucht, einen streitsüchtigen Schurken, der sich auf den täglichen Zank eines reichen Nichtsnutzes<sup>24</sup> einlassen mochte. Alles andere als das: es war ein vermögender römischer Ritter, der seine Angelegenheiten ordentlich verwaltet, kurz und gut: es war der Mann, den Naevius als Bevollmächtigten in Rom zurückließ, so oft er nach Gallien reiste. Und da wagst du zu bestreiten, es sei jemand für den abwesenden Quinctius eingetreten, da derselbe für ihn eintrat, der es auch für dich zu tun pflegte? Und da *der* Mann an des Quinctius Stelle das Verfahren annehmen wollte, dem du bei deinen Reisen dein Vermögen und deinen Ruf geflissentlich anzuvertrauen pflegtest, unterstehst du dich zu behaupten, niemand habe für Quinctius prozessiert?

«Ich beantragte», sagt er, «er solle Sicherheit leisten.» Du stelltest diesen Antrag zu Unrecht; so schien es jedenfalls; daher weigerte sich Alfenus. «Ja, aber der Prätor ordnete es an.» Folglich wurden die Tribunen angerufen. «Jetzt habe ich dich», sagt er, «das heißt nicht ein Verfahren auf sich nehmen und dort für jemanden eintreten, wenn man die Tribunen um Hilfe ersucht.» Wenn ich bedenke, wie verständig Hortensius ist, wird er, glaube ich, so etwas nicht sagen. Doch wenn ich höre, daß er's schon vorher gesagt hat und wenn ich die Sache selbst betrachte, so finde ich nichts, was er sonst noch sagen könnte. Er gibt nämlich zu, daß Alfenus die Anschläge abgerissen, daß er einen Termin versprochen und daß er sich nicht geweigert hat, ein Verfahren nach dem von Naevius vorgeschlagenen Formular anzunehmen<sup>25</sup>, allerdings mit der Maßgabe, es solle nach Brauch und Herkommen geschehen und unter Mitwirkung der

per eum magistratum qui auxilii causa constitutus est.

Aut haec facta non sint necesse est aut C. Aquilius, 64  
 talis vir, iuratus hoc ius in civitate constituat: cuius  
 procurator non omnia iudicia acceperit quae quis-  
 que in verba postularit, cuius procurator a praetore  
 tribunos appellare ausus sit, eum non defendi, eius  
 bona recte possideri posse, ei misero, absenti, ignaro  
 fortunarum suarum omnia vitae ornamenta per  
 summum dedecus et ignominiam deripi convenire.  
 Quod si probari nemini potest, illud certe probari 65  
 omnibus necesse est, defensum esse iudicio absen-  
 tem Quinctium. Quod cum ita sit, ex edicto bona  
 possessa non sunt. At enim tribuni plebis ne audie-  
 runt quidem. Fateor, si ita est, procuratorem decreto  
 praetoris oportuisse parere. Quid? si M. Brutus  
 intercessurum se dixit palam, nisi quid inter ipsum  
 Alfenum et Naevium conveniret, videturne interces-  
 sisse appellatio tribunorum non morae, sed auxilii  
 causa?

Quid deinde fit? Alfenus, ut omnes intellegere pos- 66  
 sent iudicio defendi Quinctium, ne qua subesse pos-  
 set aliena aut ipsius officio aut huius existimatione  
 suspicio, viros bonos compluris advocat, testatur isto



Behörde, die zum Zwecke der Hilfeleistung eingerichtet ist.

Notwendigerweise haben sich diese Dinge entweder gar nicht zugetragen, oder C. Aquilius, ein so vortrefflicher Mann, muß seinem Eide gemäß in unserer Bürgerschaft folgendes als Rechtens erkennen: wessen Bevollmächtigter nicht alle nach einem beliebigen Formular beantragten Prozesse übernimmt, wessen Bevollmächtigter die Tribunen gegen den Prätor anzurufen wagt, dessen Interessen nimmt niemand wahr, dessen Vermögen kann mit Recht beschlagnahmt werden, und es ist in der Ordnung, daß man diesem Unglücklichen in seiner Abwesenheit und ohne sein Wissen die gesamte ehrenvolle Existenz, die ihm sein Besitz ermöglicht, auf höchst schimpfliche und unehrenhafte Weise entreißt. Wenn das niemandem einleuchten kann, so leuchtet jedenfalls mit Notwendigkeit jedem ein, daß Quinctius während seiner Abwesenheit einen Prozeßbevollmächtigten hatte. Folglich war das Vermögen nicht dem Edikt gemäß beschlagnahmt. «Doch die Volkstribunen haben den Bevollmächtigten nicht einmal angehört.» Ich gebe zu, wenn das zutrifft, dann mußte er sich der Anordnung des Prätors beugen. Indes, M. Brutus erklärte öffentlich, er werde einschreiten, es sei denn, daß eine Einigung zwischen Alfenus und Naevius zustande käme: da steht doch wohl fest, daß eine Anrufung der Tribunen stattfand, die nicht nur einen Aufschub, sondern Hilfe erwirken sollte?

Was geschah darauf? Alfenus war bestrebt, jedermann erkennen zu lassen, daß Quinctius vor Gericht vertreten sei; es sollte sich kein Verdacht einmischen können, der sich mit seiner eigenen Gewissenhaftigkeit und mit dem Ruf des Quinctius nicht vertrug. Daher rief er eine Anzahl rechtschaffener Männer zu sich und beteuerte in

udiente se pro communi necessitudine id primum petere ne quid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur; sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret, se paratum esse omni recta atque honesta ratione defendere quod petat non deberi; se iudicium id quod edat accipere. Eius rei condicionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. Res in dubium venire non potest. Fit rebus omnibus integris neque proscriptis neque possessis bonis ut Alfenus promittat Naevio sisti Quinctium. Venit ad vadimonium Quinctius. Iacet res in controversiis isto calumniante biennium, usque dum inveniretur qua ratione res ab usitata consuetudine recederet et in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. 67

Quod officium, C. Aquili, commemorari procuratoris potest quod ab Alfeno praeteritum esse videtur? quid adfertur qua re P. Quinctius negetur absens esse defensus? An vero id quod Hortensium, quia nuper iniecit et quia Naevius semper id clamat, dicturum arbitror, non fuisse Naevio parem certationem cum Alfeno illo tempore, illis dominantibus? Quod si velim confiteri, illud, opinor, concedent, non procuratorem P. Quincti neminem fuisse, 68

Anwesenheit des Naevius, er bitte im Hinblick auf ihre gemeinsamen verwandtschaftlichen Beziehungen an erster Stelle darum, daß Naevius nicht ohne Anlaß etwas Schlimmeres gegen den abwesenden P. Quinctius unternehmen solle; falls Naevius jedoch fortfahre, auf die feindseligste und gehässigste Weise gegen jenen anzugehen, dann sei er bereit, auf jede statthafte und anständige Weise dafür einzutreten, daß die Forderung, die Naevius beanspruche, nicht bestehe; er werde sich auf das Verfahren einlassen, das er ihm ankündige. Mehrere rechtschaffene Männer besiegelten das Protokoll dieser Verhandlung und Abmachung. Die Sache leidet keinen Zweifel. Ohne daß irgend etwas angetastet wäre, ohne Ausbietung oder Beschlagnahme des Vermögens sichert Alfenus dem Naevius zu, Quinctius werde sich der Verhandlung stellen. Quinctius erscheint zum Termin. Die Sache schleppt sich durch die Schikanen des Naevius zwei Jahre lang in Zänkereien hin: es galt, eine Methode zu entdecken, sich der allgemein üblichen Regelung zu entziehen und den ganzen Fall in dieses einzigartige Verfahren einzufangen.

Welche Obliegenheit eines Bevollmächtigten kann man anführen, C. Aquilius, die Alfenus versäumt zu haben scheint? Was bringt man vor, um zu bestreiten, daß P. Quinctius während seiner Abwesenheit einen zulänglichen Vertreter seiner Interessen hatte? Etwa dieses Argument, auf das Hortensius sich, wie ich annehme, berufen wird, da er es neulich einflocht und da Naevius ständig damit um sich wirft? Daß Naevius damals, als jene Gruppe herrschte, nicht unter gleichen Bedingungen mit Alfenus habe streiten können<sup>26</sup>? Wenn ich das zugeben wollte, dann werden sie mir, glaube ich, einräumen, daß es dem P. Quinctius nicht an einem Bevoll-

sed gratiosum fuisse. Mihi autem ad vincendum satis est fuisse procuratorem quicum experiretur; qualis is fuerit, si modo absentem defendebat per ius et per magistratum, nihil ad rem arbitror pertinere.

“Erat,” inquit, “illarum partium.” Quid ni? qui 69  
apud te esset eductus; quem tu a puero sic instituisses  
ut nobili ne gladiatori quidem faveret. Si, quod tu  
semper summe cupisti, idem volebat Alfenus, ea re  
tibi cum eo par contentio non erat? “Bruti,” inquit,  
“erat familiaris; itaque is intercedebat.” Tu contra  
Burrieni qui iniuriam decernebat, omnium denique  
illorum qui tum et poterant per vim et scelus pluri-  
mum et, quod poterant, id audebant. An omnis tu  
istos vincere volebas qui nunc tu ut vincas tanto ope-  
re laborant? Aude id dicere non palam, sed ipsis quos  
advocasti. Tametsi nolo eam rem commemorando 70  
renovare cuius omnino rei memoriam omnem tolli  
funditus ac deleri arbitror oportere; unum illud dico:  
Si propter partium studium potens erat Alfenus,  
potentissimus Naevius; si fretus gratia postulabat  
aliquid iniquius Alfenus, multo iniquiora Naevius  
impetrabat. Neque enim inter studium vestrum  
quicquam, ut opinor, interfuit; ingenio, vetustate,  
artificio tu facile vicisti. Ut alia omittam, hoc satis

mächtigsten fehlte, sondern daß derselbe ein einflußreicher Mann war. Mir genügt zum Siege, daß ein Bevollmächtigter da war, mit dem Naevius prozessieren konnte; was für ein Mann das war, gehört, glaube ich, nicht zur Sache, wenn er nur nach Recht und behördlicher Weisung für den Abwesenden eintrat.

«Er gehörte», sagt er, «zur anderen politischen Richtung.» Warum nicht? Er war ja bei dir aufgewachsen; du hattest ihn von Jugend auf so erzogen, daß er nicht einmal einem Gladiator von Rang<sup>27</sup> gewogen war. Wenn Alfenus demselben Ziel anhing, das du stets in höchstem Maße erstrebt hast, dann konntest du nicht unter gleichen Bedingungen mit ihm streiten? «Er war», sagt er, «mit Brutus befreundet; deshalb schritt dieser für ihn ein.» Du wiederum warst mit Burrienus befreundet, der das Unrechtsdekret ergehen ließ, und überhaupt mit all den Leuten, die damals durch Gewalt und Verbrechen sehr viel vermochten und, was sie vermochten, auch auszuführen wagten. Wünschtest du etwa, daß alle die siegten, die sich jetzt so sehr um deinen Sieg bemühen? Untersteh dich nicht, das öffentlich zu behaupten; sag's denen, die du um Beistand batest. Doch ich möchte nicht etwas durch die Erinnerung auffrischen, dessen Erinnerung, wie ich meine, ganz und gar beseitigt und vernichtet werden sollte. Ich sage nur so viel: wenn Alfenus wegen seiner politischen Einstellung Macht besaß, dann besaß Naevius große Macht; wenn Alfenus im Vertrauen auf seinen Einfluß etwas verlangte, was nicht ganz Rechens war, dann wußte Naevius viel ungerechtere Dinge durchzusetzen. Denn zwischen eurer Einstellung, meine ich, bestand kein Unterschied; an Schlauheit, Verschlagenheit und Gerissenheit lieferst du ihm leicht den Rang ab. Ohne auf anderes einzugehen, möchte ich mich hier-

est: Alfenus cum eis et propter eos periit quos diligebat, tu, postquam qui tibi erant amici non poterant vincere, ut amici tibi essent qui vincebant effecisti.

Quod si tum par tibi ius cum Alfeno fuisse non 71  
 putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat, quia magistratus aliqui reperiebatur apud quem Alfeni causa consisteret, quid hoc tempore Quinctio statuendum est? cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque iudicium redditum est usitatum, non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re pecuniaria cupio contendere. – “Non licet.” – At ea controversia est. – “Nihil ad me attinet; causam capitatis dicas oportet.” – Accusa ubi ita necesse est. – “Non,” inquit, “nisi tu ante novo modo priore loco dixeris.” – Dicendum necessario est. – “Praestituentur horae ad arbitrium nostrum, iudex ipse coercebatur.” – Quid tum? – “Tu aliquem patronum invenies, 72  
 hominem antiqui officii, qui splendorem nostrum et gratiam neglegat; pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia, gravitate, honore florentissimus civitatis, dicet Hortensius, excellens ingenio, nobilitate, estimatione, aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, ut eorum frequentiam et consessum non modo P. Quinctius qui de capite decernit, sed

mit begnügen: Alfenus ging mit denen und um derer willen zugrunde, die er schätzte; du aber hast, als die nicht zu siegen vermochten, die deine Freunde waren, erreicht, daß die Sieger deine Freunde wurden.

Damals also, meinst du, hattest du mit Alfenus nicht gleiches Recht, weil er jemanden um Beistand gegen dich bitten konnte, weil sich ein Magistrat fand, bei dem die Sache des Alfenus gut aufgehoben war. Wie soll man da die gegenwärtige Lage des Quinctius beurteilen? Er hat bislang noch keinen gerechten Magistrat gefunden, noch gewährte man ihm das übliche Verfahren; kein Vorschlag, keine Vereinbarung und überhaupt kein Antrag ist je vorgekommen, der ich sage nicht gerecht, sondern der bis zu dieser Zeit wenigstens vom Hörensagen bekannt war. Ich möchte wegen einer Geldangelegenheit prozessieren. «Das ist nicht erlaubt.» Doch hierum geht der Streit. «Das ist mir gleichgültig; du mußt um deine Existenz kämpfen.» Erhebe Anklage, wo es notwendig ist, so zu verfahren. «Nein», sagt er, «du mußt zuvor in neuartiger Weise an erster Stelle reden.» Das Reden ist jedenfalls unabdingbar. «Man wird nach unserem Ermessen die Redezeiten festsetzen, und selbst der Richter wird Weisungen empfangen.» Was dann? «Du magst irgendeinen Rechtsbeistand ausfindig machen, einen Menschen mit altmodischem Pflichtbewußtsein, der sich um unser Ansehen und unseren Einfluß nicht kümmert. Für mich aber wird L. Philippus streiten, durch Beredsamkeit, Würde und Geltung eine glanzvolle Persönlichkeit in unserer Bürgerschaft<sup>28</sup>; Hortensius wird sprechen, der sich durch Begabung, adlige Herkunft und Ansehen auszeichnet; die vornehmsten und mächtigsten Männer werden sich einfinden, so daß nicht nur P. Quinctius, der um seine Existenz kämpft, sondern jedermann,

quavis qui extra periculum sit perhorrescat.” Haec 73  
 est iniqua certatio, non illa qua tu contra Alfenum  
 equitabas; huic ne ubi consisteret quidem contra te  
 locum reliquisti. Qua re aut doceas oportet Alfenum  
 negasse se procuratorem esse, non deiecisse libellos,  
 iudicium accipere noluisse, aut, cum haec ita facta  
 sint, ex edicto te bona P. Quincti non possedis-  
 cedas.

Etenim si ex edicto possedisti, quaero cur bona  
 non venierint, cur ceteri sponsores et creditores non  
 convenerint; nemone fuit cui deberet Quinctius?  
 Fuerunt, et complures fuerunt, propterea quod C.  
 frater aliquantum aeris alieni reliquerat. Quid ergo  
 est? Homines erant ab hoc omnes alienissimi, et eis  
 debebatur, neque tamen quisquam inventus est tam  
 insignite improbus qui violare P. Quincti existimati-  
 onem absentis auderet; unus fuit, adfinis, socius, 74  
 necessarius, Sex. Naevius, qui, cum ipse ultro debe-  
 ret, quasi eximio praemio sceleris exposito cupidissi-  
 me contenderet ut per se adflictum atque eversum  
 propinquum suum non modo honeste partis bonis  
 verum etiam communi luce privaret. Ubi erant ceteri  
 creditores? denique hoc tempore ubi sunt? Quis est  
 qui fraudationis causa latuisse dicat, quis qui absen-



wiewohl von keiner Gefahr bedroht, vor ihrer zahlreichen Versammlung erschrickt.» Dies ist ein ungleicher Kampf, nicht der, in dem du gegen Alfenus ausrittst; dem Quinctius hast du nicht einmal Platz übriggelassen, wo er gegen dich Fuß fassen könnte. Daher mußt du entweder beweisen, Alfenus habe seine Vollmacht verleugnet, er habe die Anschläge nicht entfernt und sich auf keinen Prozeß einlassen wollen, oder du mußt, da sich alles dies so zugetragen hat, zugeben, daß du nicht dem Edikt gemäß den Besitz an dem Vermögen des P. Quinctius innehattest.

Denn gesetzt, du hattest den Besitz, wie ihn das Edikt vorschreibt: warum, frage ich, wurde das Vermögen nicht verkauft, warum fanden sich die übrigen Bürgen und Gläubiger nicht ein? Gab es denn niemanden, dem Quinctius etwas schuldete? Jawohl, es gab etliche Leute, weil der Bruder Gaius einige Schulden hinterlassen hatte. Wie erklärt sich ihr Verhalten? Es waren sämtlich Leute, die keinerlei Beziehungen zu Quinctius unterhielten, und sie hatten Forderungen gegen ihn; gleichwohl fand sich kein so ausgesuchter Lump, der es gewagt hätte, den Ruf des abwesenden P. Quinctius zu beeinträchtigen. Einen gab es, den Verwandten, Kompagnon und vertrauten Freund Sex. Naevius: der hatte zwar sogar selbst Schulden, und doch strengte er sich, als sei eine hohe Belohnung für die Schandtat ausgesetzt, mit größtem Eifer an, seinen Verwandten, den er hart mitgenommen, ja vernichtet hatte, nicht nur seines ehrlich erworbenen Vermögens, sondern auch des allen gemeinsamen Sonnenlichts zu berauben. Wo waren die übrigen Gläubiger? Wo sind sie denn jetzt? Wer behauptet, Quinctius habe sich in betrügerischer Absicht verborgen gehalten, wer bestreitet, daß während seiner Abwesenheit jemand für

tem defensum neget esse Quinctium? Nemo invenitur. At contra omnes, quibuscum ratio huic aut est aut fuit, adsunt, defendunt, fides huius multis locis cognita ne perfidia Sex. Naevi derogetur laborant. In huius modi sponsonem testis dare oportebat ex eo numero qui haec dicerent: "vadimonium mihi deseruit, me fraudavit, a me nominis eius quod infitatus esset diem petivit; ego experiri non potui, latitavit, procuratorem nullum reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur testes qui hoc dicant. Verum, opinor, viderimus, cum dixerint. Unum tamen hoc cogitent, ita se gravis esse ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint obtinere; si eam neglexerint, ita levis esse ut omnes intellegant non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvare.

Ego haec duo quaero, primum qua ratione Naevius susceptum negotium non transegerit, hoc est cur bona quae ex edicto possidebat non vendiderit, deinde cur ex tot creditoribus alius ad istam rationem nemo accesserit, ut necessario confiteare neque tam temerarium quemquam fuisse, neque te ipsum id quod turpissime suscepisses perseverare et transigere potuisse. Quid si tu ipse, Sex. Naevi, statuisti bona P. Quincti ex edicto possessa non esse? Opinor,

ihn eingetreten sei? Es findet sich niemand. Im Gegenteil, alle, mit denen Quinctius in Geschäftsbeziehung stand oder steht, sind anwesend und treten für ihn ein; sie sind in Sorge, daß die Niedertracht des Sex. Naevius den bei vielen Gelegenheiten bewährten Kredit des Quinctius aufheben könnte. Aus der Zahl dieser Leute hätte man bei einem derartigen Prozeß Zeugen stellen müssen, die folgendes erklären: «Er hat mir einen Termin nicht eingehalten; er hat mich betrogen; er bestritt einen Schuldtitel und verlangte dann Zahlungsaufschub von mir; ich konnte nicht gegen ihn prozessieren, er hielt sich verborgen, er ließ keinen Bevollmächtigten zurück.» Von alledem wird nichts behauptet. Zwar stellt man Zeugen bereit, die dergleichen behaupten sollen. Doch wir werden sehen, meine ich, sobald sie gesprochen haben. Sie sollen indes eines bedenken: ihr Wort wiegt gerade so viel, daß sie ihre Würde wahren können, wenn sie bereit sind, sich an die Wahrheit zu halten; kümmern sie sich aber nicht darum, dann gelten sie so wenig, daß jedermann erkennt, wie Ansehen nicht zur Durchsetzung von Lügen, sondern nur zur Anerkennung der Wahrheit beiträgt.

Ich möchte zwei Fragen stellen. Erstens: warum hat Naevius die Aktion, die er eingeleitet hatte, nicht zu Ende geführt, das heißt warum hat er das Vermögen, das er dem Edikt gemäß besaß, nicht verkauft? Zweitens: warum hat sich von so zahlreichen Gläubigern kein anderer auf diese Methode eingelassen? Du mußt doch zugeben, daß sonst niemand so unbesonnen war und daß auch du nicht durchführen und zu Ende bringen konntest, was du in der schändlichsten Weise angezettelt hattest. Wenn du nun selbst, Sex. Naevius, die Meinung bekundet hast, das Vermögen des P. Quinctius sei nicht dem Edikt gemäß

tuum testimonium, quod in aliena re leve esset, id in tua, quoniam contra te est, gravissimum debet esse. Emisti bona Sex. Alfeni L. Sulla dictatore vendente; socium tibi in his bonis edidisti Quinctium. Plura non dico. Cum eo tu voluntariam societatem coibas qui te in hereditaria societate fraudarat, et eum iudicio tuo comprobabas quem spoliatum fama fortunisque omnibus arbitrabare?

Diffidebam me hercule, C. Aquili, satis animo certo et confirmato me posse in hac causa consistere. Sic cogitabam, cum contra dicturus esset Hortensius et cum me esset attente auditurus Philippus, fore uti permultis in rebus timore prolaberer. Dicebam huic Q. Roscio, cuius soror est cum P. Quinctio, cum a me peteret et summe contenderet ut propinquum suum defenderem, mihi perdifficile esse contra talis oratores non modo tantam causam perorare sed omnino verbum facere conari. Cum cupidius instaret, homini pro amicitia familiariter dixi mihi videri ore durissimo esse qui praesente eo gestum agere conarentur; qui vero cum ipso contenderent, eos, etiam si quid antea recti aut venusti habere visi essent, id amittere; ne quid mihi eiusdem modi accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, me vereri.

beschlagnahmt gewesen? Ich möchte meinen, daß dein Zeugnis, so leicht es bei einer fremden Angelegenheit wiegt, bei der deinen von größter Bedeutung sein muß, da es gegen dich spricht. Als der Diktator L. Sulla das Vermögen des Sex. Alfenus feilbot<sup>29</sup>, hast du es käuflich erworben, und du erklärtest, Quinctius sei bei diesem Vermögen dein Kompagnon. Mehr sage ich nicht. Mit dem also hast du dich freiwillig auf ein Gesellschaftsunternehmen eingelassen, der dich bei der ererbten Kompagnie betrogen hatte, und dein eigenes Urteil befand einen Mann für tauglich, von dem du glaubtest, er habe seinen Ruf und sein gesamtes Vermögen verloren?

Beim Herkules, C. Aquilius, ich zweifelte, ob ich in diesem Prozeß mit einer hinreichend sicheren und energischen Haltung würde auftreten können. Ich dachte, ich würde aus Furcht bei zahlreichen Gelegenheiten ausgleiten, da Hortensius gegen mich sprechen und Philippus mir aufmerksam zuhören würde. Der hier anwesende Q. Roscius<sup>30</sup>, dessen Schwester mit P. Quinctius verheiratet ist, bat mich mit größter Eindringlichkeit, ich solle seinen Schwager vertreten. Da sagte ich zu ihm, es sei für mich überaus schwierig, gegen solche Redner nicht nur ein Plädoyer in einer so bedeutsamen Sache zu halten, sondern überhaupt den Versuch zu machen, auch nur ein Wort vorzubringen. Als er inständiger darauf drang, sagte ich zu ihm, da wir gute Freunde sind, ganz freimütig, wer in seiner Anwesenheit Gebärden darzustellen versuche, der käme mir äußerst unverfroren vor; wer sich gar auf einen Wettbewerb mit ihm einlasse, der werde auch das einbüßen, was ihm zuvor an Richtigem und Gefälligem eignen mochte; ich hätte Furcht, daß mir etwas derartiges zustoße, wenn ich gegen einen derartigen Künstler sprechen würde.

Tum mihi Roscius et alia multa confirmandi mei 78  
 causa dixit, ut me hercule, si nihil diceret, tacito ipso  
 officio et studio, quod habebat erga propinquum  
 suum, quemvis commoveret – etenim cum artifex  
 eius modi sit ut solus videatur dignus esse qui in  
 scaena spectetur, tum vir eius modi est ut solus di-  
 gnus esse videatur qui eo non accedat – verum  
 tamen: “Quid? si,” inquit, “habes eius modi causam  
 ut hoc tibi planum sit faciendum, neminem esse qui  
 possit biduo aut summum triduo DCC milia passuum  
 ambulare, tamenne vereris ut possis hoc contra  
 Hortensium contendere?” “Minime,” inquam, “sed 79  
 quid id ad rem?” “Nimirum,” inquit, “in eo causa  
 consistit.” “Quo modo?” Docet me eius modi rem et  
 factum simul Sex. Naevi quod, si solum proferretur,  
 satis esse deberet.

Quod abs te, C. Aquili, et a vobis qui adestis in  
 consilio, quaeso ut diligenter attendatis; profecto  
 intellegitis illinc ab initio cupiditatem pugnasse et  
 audaciam, hinc veritatem et pudorem quoad potuerit  
 restitisse. Bona postulas ut ex edicto possidere liceat.  
 Quo die? Te ipsum, Naevi, volo audire; volo inaudi-  
 tum facinus ipsius qui id commisit voce convinci.  
 Dic, Naevi, diem. “Ante diem v Kalend. intercala-  
 ris.” Bene ais. Quam longe est hinc in saltum  
 vestrum Gallicanum? Naevi, te rogo. “DCC milia  
 passuum.” Optime. De saltu deicitur Quinctius –

Da sagte Roscius vieles andere zu mir, um mich zu ermutigen; und beim Herkules, wenn er nichts gesagt hätte, dann mußte allein der wortlose Pflichteifer, den er seinem Verwandten gegenüber erzeugte, jedermann umstimmen! Denn er ist ein so hervorragender Künstler, daß man glaubt, nur er verdiene es, auf der Bühne gesehen zu werden; andererseits ist er eine Persönlichkeit von der Art, daß nur er es zu verdienen scheint, dort nicht aufzutreten<sup>31</sup>. Zurück zur Sache: Roscius sagte außerdem zu mir: «Wie, wenn du einen Fall hast, bei dem du nur beweisen muß, daß niemand in zwei oder höchstens drei Tagen 700 Meilen<sup>32</sup> zu Fuß zurücklegen kann? Fürchtest du trotzdem, daß du selbst diese Tatsache gegen einen Hortensius nicht durchsetzen kannst?» «Nein», sagte ich, «doch was soll's?» Da sagte er: «Nun ja, das ist der springende Punkt der Sache.» «Wie das?» Da teilte er mir einen Umstand und zugleich eine Tat des Sex. Naevius mit, die genügen müßte, wenn sie als einzige vorgebracht würde.

Ich bitte dich, C. Aquilius, und euch, die ihr als Berater zugegen seid, gebt sorgsam acht: wahrhaftig, jetzt könnt ihr einsehen, daß auf der anderen Seite von Anfang an Habgier und Unverschämtheit gestritten haben, hier aber Wahrheitsliebe und Anstand, so viel sie konnten, Widerstand leisteten. Du beantragst, man möge dir dem Edikt gemäß den Vermögensbesitz einräumen. An welchem Tage? Ich wünsche dich selbst zu hören, Naevius; ich wünsche, daß die unerhörte Tat durch des Täters eigene Stimme bewiesen werde. Nenne den Tag, Naevius! «Am 5. Tage vor dem Beginn des Schaltmonats<sup>33</sup>.» Gut gesprochen! Wie weit ist's von hier bis zu eurer gallischen Viehtrift? Naevius, dich frage ich! «700 Meilen.» Vortrefflich! Quinctius wird von der Viehtrift verjagt –

quo die? possumus hoc quoque ex te audire? Quid taces? dic, inquam, diem. Pudet dicere; intellego; verum et sero et nequiquam pudet. Deicitur de saltu, C. Aquili, pridie Kalend. intercalaris; biduo post aut, ut statim de iure aliquis cucurrerit, non toto triduo DCC milia passuum conficiuntur. O rem incredibilem! o cupiditatem inconsideratam! o nuntium volucrem! Administristri et satellites Sex. Naevi Roma trans Alp̄is in Sebagninos biduo veniunt. O hominem fortunatum qui eius modi nuntios seu potius Pegasos habeat! 80

Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis existant, si tu, L. Philippe, qui inter illos florebas, hanc causam voles cum Hortensio dicere, tamen superior sim necesse est; non enim, quem ad modum putatis, omnia sunt in eloquentia; est quaedam tamen ita perspicua veritas ut eam infirmare nulla res possit. An, ante quam postulasti ut bona possideres, misisti qui curaret ut dominus de suo fundo a sua familia vi deiceretur? Utrumlibet elige; alterum incredibile est, alterum nefarium, et ante hoc tempus utrumque inauditum. DCC milia passuum vis esse decursa biduo? dic. Negas? ante igitur misisti. Malo; si enim illud diceres, improbe mentiri viderere; cum hoc 81



an welchem Tage? Dürfen wir auch das von dir erfahren? Warum schweigst du? Nenne doch endlich den Tag. Du schämst dich, ihn zu nennen, ich verstehe. Doch du schämst dich zu spät und vergebens. Quinctius wird am Vortage des Schaltmonats von der Viehtrift verjagt, C. Aquilius; nach zwei Tagen oder, falls jemand sofort vom Gericht aus losgelaufen ist, nach nicht ganz drei Tagen hat man 700 Meilen zurückgelegt. Eine unglaubliche Sache! Welch unvorsichtige Gier! Ein geflügelter Bote! Die Diener und Gehilfen des Sex. Naevius gelangen in zwei Tagen von Rom über die Alpen in das Gebiet der Sebagninen<sup>34</sup>. Ein gesegneter Mann, der solche Boten oder richtiger Flügelrösser hat wie den Pegasus!

Hier mögen alle Redner namens Crassus und Antonius<sup>35</sup> auftreten, du, L. Philippus, der du schon neben diesen Männern in hohem Ansehen standest, magst wünschen, zusammen mit Hortensius diese Sache zu vertreten: es ist trotzdem unvermeidlich, daß ich die Oberhand behalte. Denn nicht alles beruht, wie ihr meint, auf Beredsamkeit; es gibt bei alledem eine Wahrheit, die so offenkundig ist, daß nichts sie entkräften kann. Hast du etwa, bevor du um den Vermögensbesitz nachsuchtest, jemanden mit dem Auftrag entsandt, daß der Eigentümer durch sein eigenes Gesinde gewaltsam von seinem Grundstück vertrieben werden solle? Wähle, was dir beliebt: das eine ist unglaubwürdig, das andere eine Schurkerei, und beides ist bis zu diesem Augenblick unerhört. Du willst, daß in zwei Tagen 700 Meilen zurückgelegt worden seien? Sprich! Du sagst nein? Dann hast du vorher jemanden entsandt. So ist es mir auch lieber: denn wenn du die andere Behauptung aufstelltest, dann wäre offenkundig, daß du unverschämt lügst; indem du dich aber zu dieser Version bekennst,

confiteris, id te admisisse concedis quod ne mendacio quidem tegere possis.

Hoc consilium Aquilio et talibus viris tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur? Quid haec amentia, quid haec festinatio, quid haec immaturitas tanta significat? non vim, non scelus, non latrocinium, non denique omnia potius quam ius, quam officium, quam pudorem? Mittis iniussu praetoris. Quo consilio? Iussurum sciebas. Quid? cum iussisset, tum mittere nonne poteras? Postulaturus eras. Quando? Post dies xxx. Nempe si te nihil impediret, si voluntas eadem maneret, si valeres, denique si viveres. Praetor scilicet iussisset. Opinor, si vellet, si valeret, si ius diceret, si nemo recusaret, qui ex ipsius decreto et satis daret et iudicium accipere vellet. 82

Nam, per deos immortalis! si Alfenus procurator P. Quincti tibi tum satis daret et iudicium accipere vellet, denique omnia quae postulares facere voluisset, quid ageres? revocares eum quem in Galliam miseras? At hic quidem iam de fundo expulsus, iam a suis dis penatibus praeceps eiectus, iam, quod indignissimum est, suorum servorum manibus nuntio atque imperio tuo violatus esset. Corrigeres haec sci- 83

gibst du ein Unterfangen zu, das du auch durch eine Lüge nicht bemänteln könntest.

Und ein so eigennütziger, so dreister, so verwegener Anschlag soll bei Aquilius und diesen Männern hier Billigung finden? Was bekundet diese übergroße Kopflosgigkeit, was diese Eile, was diese Überstürzung? Nicht Gewalt, nicht Ruchlosigkeit, nicht Räuberei, kurzum, nicht alles eher als Rechtlichkeit, als Pflichtbewußtsein, als Anstand? Du entsendest jemanden ohne Geheiß des Prätors. Mit welcher Überlegung? Du wußtest, er würde dich ermächtigen. Wie? Konntest du nicht jemanden entsenden, nachdem er dich ermächtigt hatte? Du wolltest den Antrag stellen. Wann? Nach einigen Tagen<sup>36</sup>. Ja, wenn nichts dich daran hindern würde, wenn dein Wille sich gleich bliebe, wenn du gesund wärest, und überhaupt, wenn du noch lebstest. Der Prätor hätte dich gewiß ermächtigt. Ja, möcht' ich meinen, vorausgesetzt, daß er wollte, daß er gesund wäre, daß er Recht spräche, daß niemand Einspruch erhöbe, der gemäß prätorischer Verfügung sowohl Sicherheit leisten würde als auch auf den Prozeß sich einzulassen bereit wäre.

Denn bei den unsterblichen Göttern! Wenn Alfenus, der Bevollmächtigte des P. Quinctius, dir schon damals Sicherheit geleistet hätte und bereit gewesen wäre, sich auf den Prozeß einzulassen, wenn er überhaupt alles, was du verlangen würdest, hätte ausführen wollen, was hättest du da getan? Du hättest wohl den Mann zurückgerufen, den du nach Gallien entsandt hattest? Doch schon wäre Quinctius von seinem Grundstück vertrieben, schon kopfüber von seinem Herde verjagt, schon – was das Empörendste ist – auf deine Botschaft und Anweisung hin von den Fäusten seiner eigenen Sklaven mißhandelt worden. Freilich, du dachtest, du würdest das

licet tu postea. De cuiusquam vita dicere audes qui hoc concedas necesse est, ita te caecum cupiditate et avaritia fuisse ut, cum postea quid futurum esset ignorares, accidere autem multa possent, spem malefici praesentis in incerto reliqui temporis eventu conlocares? Atque haec perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum te praetor iussisset ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris aut poteris P. Quinctium de possessione deturbare.

Omnia sunt, C. Aquili, eius modi quivis ut perspicere possit in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere. Praetor te quem ad modum possidere iussit? Opinor, ex edicto. Sponsio quae in verba facta est? SI EX EDICTO PRAETORIS BONA P. QUINCTI POSSESSA NON SUNT. Redeamus ad edictum. Id quidem quem ad modum iubet possidere? Numquid est causae, C. Aquili, quin, si longe aliter possedit quam praetor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsione vicerim? Nihil, opinor. Cognoscamus edictum. QUI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. De te loquitur, Naevi, quem ad modum tu putas; ais enim te ex edicto venisse; tibi quid facias definit, te instituit, tibi praecepta dat. EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quo

hernach richtigstellen. Du aber wagst über die Lebensführung irgendeines Mannes zu reden? Du mußt doch zugeben: du warst so blind vor brennender Habgier, daß du deine Hoffnung hinsichtlich einer gegenwärtigen Übeltat auf den ungewissen Ausgang in späterer Zeit setztest. Denn du wußtest ja nicht, was geschehen würde, da doch vieles dazwischenkommen konnte. Und dies sage ich gerade so, als hättest du zu eben jener Zeit, da dich der Prätor zum Besitz gemäß dem Edikt ermächtigt hatte, P. Quinctius vom Besitz vertreiben dürfen oder können, wenn du erst dann jemanden entsandt hättest, den Besitz für dich auszuüben.

Alles deutet darauf, C. Aquilius, daß, wie jedermann einsehen kann, in dieser Sache Unredlichkeit und Einfluß gegen Hilflosigkeit und Wahrheitsliebe angetreten sind. Mit welcher Maßgabe ermächtigte dich der Prätor zum Besitz? Ich möchte meinen, gemäß dem Edikt. Doch welchen Wortlaut hat das Schuldversprechen? «Wenn sich das Vermögen des P. Quinctius nicht dem Edikt gemäß im Besitz eines Gläubigers befunden hat.» Kehren wir zum Edikt zurück! Mit welcher Maßgabe ermächtigt es denn zum Besitz? Wenn Naevius den Besitz in ganz anderer Weise ausgeübt hat, als der Prätor im Edikt vorschreibt, besteht dann irgendein Grund anzunehmen, daß Naevius dem Edikt gemäß Besitzer war und daß ich den Prozeß nicht gewinne? Keiner, meine ich. Betrachten wir das Edikt. «Wer meinem Edikt gemäß den Besitz erlangt hat.» Er redet von dir, Naevius, wie du jedenfalls glaubst; denn du behauptest, du habest den Besitz dem Edikt gemäß erlangt; für dich setzt er fest, was du tun sollst, dich belehrt er, dir macht er Vorschriften. «Für den gilt, daß er den Besitz folgendermaßen ausüben soll.» Wie also? «Was er an Ort und Stelle

modo? QUOD IBIDEM RECTE CUSTODIRE POTERUNT, ID IBIDEM CUSTODIANT; QUOD NON POTERUNT, ID AUFERRE ET ABDUCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINUM, inquit, INVITUM DETRUDERE NON PLACET. Eum ipsum qui fraudandi causa latitet, eum ipsum quem iudicio nemo defenderit, eum ipsum qui cum omnibus creditoribus suis male agat, invitum de praedio detrudi vetat. Proficiscenti tibi in possessionem praetor ipse, Sex. Naevi, palam dicit: "ita possideto ut tecum simul possideat Quinctius, ita possideto ut Quinctio vis ne adferatur." Quid? tu id quem ad modum observas? Mitto illud dicere, eum qui non latitaret, cui Romae domus, uxor, liberi, procurator esset, eum qui tibi vadimonium non deseruisset; haec omnia mitto; illud dico, dominum expulsus esse de praedio, domino a familia sua manus adlatas esse ante suos Lares familiaris; hoc dico . . .

(Sic Cicero pro Quinctio adversarii definitionem ex opinione hominum reprehendit:) Si qui unum aliquem fundum quavis ratione possideat, ipsum autem dominum patiatur cetera praedia tenere, is, (inquit,) ut opinor, praedium non bona videatur alterius possidere. (Et ponit definitionem suam:) Quid est, (inquit,) possidere? Nimirum in possessione esse earum rerum quae possunt eo tempore possideri. (Probat Naevium non bona sed praedium possedis-

ordnungsgemäß verwahren kann, das soll er an Ort und Stelle verwahren, was nicht, das darf er wegnehmen und wegführen.» Was dann? «Es ist nicht erlaubt», sagt der Prätor, «den Eigentümer wider seinen Willen zu vertreiben.» Er verbietet, auch nur den wider seinen Willen von seinem Grundstück zu vertreiben, der sich in betrügerischer Absicht verborgen hält, auch nur den, für den niemand vor Gericht eintritt, auch nur den, der allen seinen Gläubigern übel mitspielt. Der Prätor selbst, Sex. Naevius, sagt dir unverhohlen, da du dich anschickst, den Besitz zu ergreifen: «Übe den Besitz so aus, daß Quinctius zugleich mit dir Besitzer ist, übe ihn so aus, daß dem Quinctius nicht Gewalt angetan wird.» Wie? Du für dein Teil, wie befolgst du dies? Ich lasse unerwähnt, daß jemand, der sich nicht verborgen hielt, der in Rom Haus, Frau, Kinder und einen Bevollmächtigten hatte, daß jemand, der keinen dir zugesicherten Termin versäumt hat – alles dies übergehe ich; ich sage nur, daß der Eigentümer von seinem Grundstück vertrieben, daß dem Herrn von seinem eigenen Gesinde vor seinem eigenen Herde Gewalt angetan wurde; ich sage nur ...<sup>37</sup>.

(So widerlegt Cicero in der Rede für Quinctius die Begriffsbestimmung des Gegners mit der allgemein herrschenden Auffassung:) Wer aus welchem Anlaß immer irgendein Grundstück besitzt, jedoch zuläßt, daß der Eigentümer selbst die übrigen Landgüter innehat, der (sagt Cicero), meine ich, besitzt offenbar ein Landgut einer anderen Person, nicht deren Vermögen. (Und er stellt seine eigene Begriffsbestimmung auf:) Was heißt (sagt Cicero) «besitzen»? Doch wohl, daß man *die* Sachen in seinem Besitz hat, die man im gegebenen Augenblick überhaupt besitzen kann. (Cicero beweist, daß Naevius nicht das Vermögen, sondern ein Landgut besessen

se:) Cum domus erat(, inquit,) Romae, servi, in ipsa Gallia privata P. Quincti praedia, quae numquam ausus es possidere(; et colligit:) Quod si bona P. Quincti possideres, possidere omnia eo iure deberes.

...Naevium ne appellasse quidem Quinctium, cum simul esset et experiri posset cotidie; deinde quod omnia iudicia difficillima cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quincti fieri mallet quam illud pecuniarium iudicium quod uno die transigi posset; ex quo uno haec omnia nata et profecta esse concedit. Quo in loco condicionem tuli, si vellet pecuniam petere, P. Quinctium iudicatum solvi satis daturum, dum ipse, si quid peteret, pari condicione uteretur.

Ostendi quam multa ante fieri convenerit quam 86  
hominis propinqui bona possideri postularentur, praesertim cum Romae domus eius, uxor, liberi essent et procurator aequae utriusque necessarius. Docui, cum desertum esse dicat vadimonium, omnino vadimonium nullum fuisse; quo die hunc sibi promississe dicat, eo die ne Romae quidem eum fuisse; id testibus me pollicitus sum planum facturum qui et scire deberent et causam cur mentirentur non haberent.

Ex edicto autem non potuisse bona possideri



habe:) Wenn sich in Rom ein Haus und Sklaven befanden (sagt Cicero) und just in Gallien private Güter des P. Quinctius, die du niemals in Besitz zu nehmen wagtest ... (und er zieht den Schluß:) Um also das Vermögen des P. Quinctius zu besitzen, hättest du nach diesem Rechtsgrundsatz alles besitzen müssen.

... daß Naevius den Quinctius nicht einmal gemahnt hat, während er sich am gleichen Ort aufhielt und täglich prozessieren konnte; weiterhin, daß ihm, wiewohl er sich hierdurch größten Haß zuzog und er P. Quinctius in äußerste Gefahr brachte, alle noch so schwierigen Verfahren lieber waren als der Prozeß um Geld, der sich an einem Tage hätte abtun lassen; Naevius gibt ja selbst zu, daß diese ganze Geschichte einzig aus einer Geldangelegenheit entstanden und hervorgegangen ist. An dieser Stelle machte ich den Vorschlag, wenn er die Geldsumme einklagen wolle, dann werde P. Quinctius für die Erfüllung der Urteilsschuld Sicherheit leisten, vorausgesetzt, daß er selbst sich der gleichen Bedingung füge, wenn Quinctius etwas einklage.

Ich habe dargetan, wie vieles man zu tun verpflichtet ist, ehe man den Besitz an dem Vermögen eines Verwandten beantragt, zumal wenn dessen Haus, Frau und Kinder sich in Rom befinden sowie ein Bevollmächtigter, der beiden Parteien gleich nahe steht. Während Naevius das Versäumnis eines Termins behauptet, habe ich gezeigt, daß überhaupt kein Termin vereinbart wurde; daß sich Quinctius an dem Tage gar nicht in Rom aufhielt, an dem er, wie Naevius vorbringt, diesem einen Termin zugesichert habe. Dies versprach ich durch Zeugen zu beweisen, die es wissen müßten und keinen Grund zur Lüge hätten.

Ich habe ferner festgestellt, daß das Vermögen nicht

demonstravi, quod neque fraudandi causa latitasset neque exsili causa solum vertisse diceretur. Reliquum est ut eum nemo iudicio defenderit. Quod contra copiosissime defensum esse contendi non ab homine alieno neque ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano, propinquo ac necessario suo, quem ipse Sex. Naevius procuratorem relinquere antea consuesset; neque eum, si tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratum fuisse, neque potentia procuratoris Naevio ius ereptum; contra istum potentia sua tum tantum modo superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare. 87

Quaesivi quae causa fuisset cur bona non venissent, cum ex edicto possiderentur. Deinde illud quoque requisivi qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit neque nunc contradicat, omnesque pro P. Quinctio pugnent, praesertim cum in tali iudicio testimonia creditorum existimentur ad rem maxime pertinere. Postea sum usus adversarii testimonio, qui sibi eum nuper edidit socium quem, quo modo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Tum illam incredibilem celeritatem seu potius audaciam protuli; confirmavi necesse esse aut biduo DCC milia passuum esse decursa aut Sex. Naevium diebus complu- 88

nach Maßgabe des Edikts beschlagnahmt werden konnte, weil Quinctius sich weder in betrügerischer Absicht verborgen hielt, noch von ihm behauptet wurde, er habe, um sich in die Verbannung zu begeben, das Land verlassen. So bleibt nur übrig, daß niemand vor Gericht für ihn eintrat. Im Gegensatz hierzu habe ich versichert, daß seine Interessen auf das reichlichste wahrgenommen wurden, und zwar nicht von einem Fremden oder einem beliebigen Ränkeschmied und Schurken, sondern von einem römischen Ritter, einem Verwandten und Freund des Sex. Naevius, den vorher dieser selbst als seinen Bevollmächtigten zurückzulassen pflegte. Auch sei Alfenus, wenn er die Tribunen anrief, deshalb nicht weniger bereit gewesen, das Verfahren auf sich zu nehmen, noch habe die Macht des Bevollmächtigten den Naevius um sein Recht gebracht; vielmehr sei dieser uns schon damals an Macht überlegen gewesen, jetzt aber gestatte er uns kaum noch, Atem zu schöpfen.

Ich habe gefragt, weshalb das Vermögen nicht verkauft wurde, wenn es dem Edikt gemäß beschlagnahmt war. Dann habe ich auch danach gefragt, warum niemand aus einer so großen Zahl von Gläubigern damals ein Gleiches tat oder jetzt Klage erhebt und warum alle sich für P. Quinctius einsetzen, zumal ja die Meinung gilt, daß in einem derartigen Prozeß das Zeugnis der Gläubiger sehr viel ausmache. Alsdann habe ich mich auf das Zeugnis des Gegners berufen: er bezeichnete noch neulich den als seinen Teilhaber, von dem er, wie er's jetzt wendet, zu verstehen gibt, daß er damals gar nicht mehr zu den Lebenden zählte. Darauf habe ich diese unglaubliche Geschwindigkeit oder vielmehr Dreistigkeit ans Licht gezogen; wie ich bewiesen habe, wurden entweder in zwei Tagen 700 Meilen zurückgelegt oder Sex. Naevius

ribus ante in possessionem misisse quam postulare  
uti ei liceret bona possidere. Postea recitavi edictum 89  
quod aperte dominum de praedio detrudi vetaret; in  
quo constitit Naevium ex edicto non possedis-  
se, cum confiteretur ex praedio vi detrusum esse Quinc-  
tium.

Omnino autem bona possessa non esse constitui,  
quod bonorum possessio spectetur non in aliqua  
parte, sed in universis quae teneri et possideri pos-  
sint. Dixi domum Romae fuisse quo iste ne aspirarit  
quidem, servos compluris, ex quibus iste possederit  
neminem, ne attigerit quidem; unum fuisse quem 90  
attingere conatus sit; prohibitum quievisse. In ipsa  
Gallia cognostis in praedia privata Quincti Sex. Nae-  
vium non venisse; denique ex hoc ipso saltu quem  
per vim expulso socio possedit servos privatos  
Quincti non omnes eiectos esse. Ex quo et ex ceteris  
dictis, factis cogitatisque Sex. Naevi quis potest  
intellegere istum nihil aliud egisse neque nunc agere  
nisi uti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudici  
totum agrum, qui communis est, suum facere pos-  
sit.

Nunc causa perorata res ipsa et periculi magnitu- 91  
do, C. Aquili, cogere videtur, ut te atque eos qui tibi  
in consilio sunt obsecret obtesteturque P. Quinctius  
per senectutem ac solitudinem suam nihil aliud nisi

hat mehrere Tage früher, als er um die Erlaubnis zum Vermögensbesitz nachsuchte, jemanden zur Ausübung des Besitzes entsandt. Dann habe ich das Edikt zitiert, das ausdrücklich untersagt, den Eigentümer von seinem Grundstücke zu vertreiben; hiermit stand fest, daß Naevius nicht dem Edikt gemäß den Besitz innegehabt hat: er gab ja zu, daß Quinctius gewaltsam von seinem Grundstück vertrieben worden sei.

Außerdem habe ich erklärt, daß überhaupt kein Besitz des Vermögens vorgelegen habe, weil für den Vermögensbesitz nicht irgendein Teil maßgeblich ist, sondern die Gesamtheit dessen, was man innehaben und besitzen kann. Ich habe gesagt, daß sich in Rom ein Haus befand, an das Naevius nicht einmal gedacht hat, sowie mehrere Sklaven, von denen er keinen in seinem Besitze gehabt oder auch nur angefaßt hat; einen habe er anzufassen versucht; doch als er gehindert wurde, habe er sich zufriedengegeben. Ihr habt zur Kenntnis genommen, daß Sex. Naevius auch in Gallien die privaten Grundstücke des Quinctius nicht betreten hat; schließlich seien sogar aus der Viehtrift, die Naevius unter gewaltsamer Vertreibung des Teilhabers in Besitz nahm, nicht alle dem Quinctius gehörigen Sklaven verjagt worden. Hieraus sowie aus den übrigen Worten, Taten und Gedanken des Sex. Naevius kann jedermann ersehen, daß dieser es nur auf eines angelegt hat und auch jetzt anlegt: er möchte sich gewaltsam, rechtswidrig und durch ein unbilliges Urteil das Land, das gemeinschaftlich ist, ganz und gar aneignen können.

Jetzt, da der Fall vollständig erörtert ist, sieht P. Quinctius sich durch die Sache selbst und durch die Größe der Gefahr genötigt, C. Aquilius, dich und deine Berater in Anbetracht seines Alters und seiner Verlassenheit instän-

ut vestrae naturae bonitatisque obsequamini, ut, cum veritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam quam illius opes ad crudelitatem. Quo die ad te iudicem venimus, eodem die illorum 92 minas quas ante horrebamus negligere coepimus. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuivis probaturos statuebamus; quod vitae ratio cum ratione vitae decerneret, idcirco nobis etiam magis te iudice opus esse arbitrati sumus. Ea res nunc enim in discrimine versatur, utrum possitne se contra luxuriam ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere an deformata atque ornamentis omnibus spoliata nuda cupiditati petulantiaeque addicatur.

Non comparat se tecum gratia P. Quinctius, Sex. 93 Naevi, non opibus, non facultate contendit; omnis tuas artis quibus tu magnus es tibi concedit; fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab adflicta amicitia transfugere atque ad florentem aliam devolare, non profusis sumptibus vivere, non ornare magnifice splendideque convivium, non habere domum clausam pudori et sanctimoniae, patentem atque adeo expositam cupiditati et voluptatibus; contra sibi ait officium, fidem, diligentiam, vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse. Ista superiora esse ac plurimum posse his

dig zu bitten, ihr möchtet euch einzig durch eure gütige Wesensart leiten lassen und es möchte ihm, wenn nur die Wahrheit auf seiner Seite steht, seine Ohnmacht mehr zu Mitleid verhelfen als die Macht des Naevius zu Unbarmherzigkeit. An eben dem Tage, da wir zu dir als unserem Richter kamen, begannen wir die Drohungen der Gegner, vor denen wir bis dahin zitterten, geringzuachten. Wir meinten, wenn Rechtsauffassung gegen Rechtsauffassung stünde, dann würden wir die unsere ganz leicht einem jeden glaubhaft machen; da indes Lebensart gegen Lebensart stritte, darum, so glaubten wir, würden wir desto mehr gerade auf dich als Richter angewiesen sein. Jetzt steht nämlich die Frage auf dem Spiele, ob sich die typisch bäuerliche karge Schlichtheit der Genußsucht und Zügellosigkeit zu erwehren vermag oder ob sie, verunstaltet und aller Ehre beraubt, schutzlos der Habgier und Frechheit ausgeliefert wird.

P. Quinctius stellt sich dir nicht an Einfluß gleich, Sex. Naevius, er mißt sich nicht an Machtmitteln, nicht an Geschicklichkeit mit dir; alle deine Kunststücke, in denen du groß bist, gesteht er dir zu; er bekennt, daß er nicht angenehm zu sprechen weiß, daß er niemandem nach dem Munde zu reden vermag, daß er nicht die heimgesuchte Freundschaft im Stich läßt und zu einer anderen, glanzreichen enteilt, daß er nicht mit unmäßigem Aufwand lebt, daß er ein Gastmahl nicht großartig und prächtig ausstattet, daß er kein Haus hält, das der Zucht und Ehrbarkeit verschlossen, der Habgier jedoch und den Lüsten zugänglich oder gar preisgegeben ist; er sagt vielmehr, ihm habe stets Pflichtbewußtsein, Treue, Gewissenhaftigkeit, überhaupt eine dürftige und schmucklose Lebensführung am Herzen gelegen. Er spürt, daß jene anderen Dinge überlegen sind und bei der

moribus sentit. Quid ergo est? Non usque eo tamen 94  
 ut in capite fortunisque hominum honestissimorum  
 dominantur ei qui relictam virorum bonorum discipli-  
 nam et quaestum et sumptum Galloni sequi maluerunt  
 atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia perfidiae  
 vixerunt. Si licet vivere eum quem Sex. Naevius non  
 vult, si est homini honesto locus in civitate invito  
 Naevio, si fas est respirare P. Quinctium contra  
 nutum dicionemque Naevi, si, quae pudore ornamenta  
 sibi peperit, ea potest contra petulantiam defendente  
 obtinere, spes est etiam hunc miserum atque infelicem  
 aliquando tandem posse consistere. Sin et poterit  
 Naevius id quod libet, et ei libebit id quod non licet,  
 quid agendum est? qui deus appellandus est? cuius  
 hominis fides imploranda est? qui denique questus,  
 qui maeror dignus inveniri in calamitate tanta potest?

Miserum est exturbari fortunis omnibus, miserius 95  
 est iniuria; acerbum est ab aliquo circumveniri, acerbius  
 a propinquo; calamitosum est bonis everti, calamitosius  
 cum dedecore; funestum est a forti atque honesto viro  
 iugulari, funestius ab eo cuius vox in praeconio  
 quaestu prostitit; indignum est a pari vinci aut superiore,  
 indignius ab inferiore atque humilio-re; luctuosum est  
 tradi alteri cum bonis, luctuosius



gegenwärtigen Mode ungemein viel vermögen. Wie steht es also? Sie dürfen trotzdem nicht so viel vermögen, daß über Existenz und Besitz der ehrbarsten Leute die gebieten, die alle Grundsätze rechtschaffener Männer über Bord geworfen haben und es vorzogen, dem Erwerb und Aufwand eines Gallonius<sup>38</sup> nachzueifern, und gar, was jenem unbekannt war, mit Frechheit und Wortbrüchigkeit ihr Fortkommen suchen. Wenn der leben darf, den Sex. Naevius daran hindern will, wenn einem anständigen Manne in unserer Bürgerschaft wider den Willen des Naevius ein Platz vergönnt ist, wenn es angeht, daß P. Quinctius gegen das Verlangen und Gebot des Naevius Atem schöpft, wenn er dem Mutwillen zum Trotz durch mein Eintreten die Ehre zu behaupten vermag, die er redlich erworben hat, dann besteht Hoffnung, daß auch dieser Elende und Unglückliche endlich einmal Fuß fassen kann. Doch wenn Naevius das vermag, wonach ihn gelüftet, und wenn ihn gelüftet, was nicht erlaubt ist, was soll dann geschehen? Welchen Gott soll man anrufen? Welches Menschen Redlichkeit beschwören? Und überhaupt, welche Klage, welche angemessene Trauer läßt sich in solchem Unglück erdenken?

Elend ist's, wenn man von seinem gesamten Besitztum verdrängt wird, elender, wenn zu Unrecht; bitter ist's, wenn man von jemandem hintergangen wird, bitterer, wenn von einem Verwandten; verderblich ist's, das Vermögen zu verlieren, verderblicher, wenn mit Schanden; heillos ist die Vernichtung durch einen tüchtigen und ehrenhaften Mann, heillosere durch den, dessen Stimme im Ausrufergewerbe feilgestanden hat; unwürdig ist's, dem Gleichgestellten oder Vornehmeren zu unterliegen, unwürdiger, dem Niedrigeren und Gemeineren; jammervoll ist's, mitsamt dem Vermögen einem anderen

inimico; horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere.

Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est, C. Aquili; non praetorem modo a quo ius impetraret invenire non potuit, atque adeo ne unde arbitrato quidem suo postularet, sed ne amicos quidem Sex. Naevi, quorum saepe et diu ad pedes iacuit stratus obsecrans per deos immortalis, ut aut secum iure contenderent aut iniuriam sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius inimici voltum superbissimum subiit, ipsius Sex. Naevi lacrimans manum 96  
prehendit in propinquorum bonis proscribendis exercitatum, obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem et liberos, quibus propior P. Quinctio nemo est, ut aliquando misericordiam caperet, aliquam, si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet, ut secum aliquid integra sua fama qualibet, dum modo tolerabili, conditione transigeret. 97

Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non sublevatus, 98  
ab omni magistratu agitatus atque perterritus, quem praeter te appellet habet neminem; tibi se, tibi suas omnis opes fortunasque commendat, tibi committit existimationem ac spem reliquae vitae. Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis non turpis

ausgeliefert zu werden, jammervoller, dem Feinde; schrecklich ist's, im Prozeß um die Existenz zu streiten, schrecklicher, sich an erster Stelle zu verantworten.

Nach allem hat Quinctius Umschau gehalten, er hat es mit allem versucht, C. Aquilius. Doch er vermochte keinen Prätor zu finden, von dem er sein Recht erlangt hätte und bei dem er auch nur nach seinem Ermessen hätte Anträge stellen dürfen, noch Freunde des Sex. Naevius, denen er oft und lange im Staub zu Füßen lag, bei den unsterblichen Göttern sie beschwörend, sie möchten entweder auf rechtlchem Wege mit ihm streiten oder ihm Unrecht ohne Schande auferlegen. Schließlich ertrug er seines eigentlichen Feindes hochfahrende Miene; er ergriff unter Tränen die Hand des Sex. Naevius selber, die im Ausbieten verwandtschaftlichen Vermögens geübt war; er beschwor ihn bei der Asche des verstorbenen Bruders, im Namen der Verwandtschaft, bei seiner Frau und seinen Kindern, denen niemand nähersteht als P. Quinctius: er möge sich endlich dem Mitleid öffnen, er möge ein wenig Rücksicht nehmen, wenn nicht auf ihre Verwandtschaft, so doch auf sein Alter, wenn nicht auf ihn, den einzelnen Menschen, so doch auf die Menschlichkeit; er möge mit ihm, ohne seinen Ruf anzutasten, zu beliebigen, jedoch erträglichen Bedingungen einen Vergleich abschließen.

Von Naevius zurückgewiesen, von dessen Freunden nicht unterstützt, von allen Behörden gequält und eingeschüchtert, hat Quinctius außer dir niemanden, an den er sich wenden könnte; dir empfiehlt er sich, dir all sein Hab und Gut; dir vertraut er Ruf und Aussichten seines ferneren Lebens an. Von manchem Schimpf heimgesucht, durch zahlreiche Ungerechtigkeiten gepeinigt, nimmt er, nicht entehrt, sondern unglücklich, zu dir sei-

ad te sed miser confugit; e fundo ornatissimo eiectus, ignominiiis omnibus appetitus, cum illum in paternis bonis dominari videret, ipse filiae nubili dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit.

Itaque hoc te obsecrat, C. Aquili, ut, quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre, ne is de cuius officio nemo umquam dubitavit LX denique anno dedecore, macula turpissimaque ignominia notetur, ne ornamentis eius omnibus Sex. Naevius pro spoliis abutatur, ne per te fiat quo minus, quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem produxit, eadem usque ad rogam prosequatur. 99

ne Zuflucht. Denn wiewohl von dem ansehnlichsten Landbesitz vertrieben, von allen Schändlichkeiten drangsaliert, da er den Naevius mit seinem angestammten Gute schalten sah, selbst aber seiner mannbaren Tochter keine Mitgift bestellen konnte, hat er doch nichts begangen, was mit seinem früheren Leben unvereinbar wäre.

So fleht er dich denn an, C. Aquilius: es sei ihm erlaubt, den Ruf, den Namen, den er nach fast schon vollendeter und dahingegangener Lebenszeit vor deinen Richterstuhl brachte, von hier wieder mit sich zu nehmen; es möchte nicht der, an dessen Pflichttreue niemand je gezweifelt hat, schließlich in seinem sechzigsten Lebensjahre durch Unehre, Makel und schimpfliche Schmach gebrandmarkt werden; es solle nicht ein Sex. Naevius alles, was ihn auszeichne, zu seiner Beute herabwürdigen; du mögest es geschehen lassen, daß der Leumund, der P. Quinctius bis in sein hohes Alter begleitet hat, ihm auch bis zum Grabe Gefolgschaft leiste.

PRO Q. ROSCIO  
COMOEDO ORATIO

... malitiam naturae crederetur. Is scilicet vir opti- 1  
mus et singulari fide praeditus in suo iudicio suis  
tabulis testibus uti conatur. Solent fere dicere qui per  
tabulas hominis honesti pecuniam expensam tulerunt: “egone talem virum corrumpere potui, ut mea  
causa falsum in codicem referret?” Exspecto quam  
mox Chaerea hac oratione utatur: “egone hanc  
manum plenam perfidiae et hos digitos meos impel-  
lere potui ut falsum perscriberent nomen?” Quod si  
ille suas proferet tabulas, proferet suas quoque Ros-  
cius. Erit in illius tabulis hoc nomen, at in huius non  
erit. Cur potius illius quam huius credetur? – Scrip- 2  
sisset ille, si non iussu huius expensum tulisset? –  
Non scripsisset hic quod sibi expensum ferre iussisset? Nam quem ad modum turpe est scribere quod  
non debeat, sic improbum est non referre quod  
debeas. Aequae enim tabulae condemnantur eius qui  
verum non rettulit et eius qui falsum perscripsit.

Sed ego copia et facultate causae confisus vide quo  
progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti et expensi  
profert suas in suam rem suo arbitratu scriptas, quo

## REDE FÜR DEN SCHAUSPIELER Q. ROSCIUS

... man würde glauben ... die Bösartigkeit des Charakters ... Freilich, der treffliche und mit einzigartiger Zuverlässigkeit begabte Mann sucht in seinem Prozeß seine eigenen Bücher als Urkunden zu verwenden. Wer über die Bücher eines angesehenen Mannes eine Auszahlung vornehmen ließ, pflegt im allgemeinen zu sagen: «Ich hätte einen solchen Mann verleiten können, meinetwegen etwas Unrichtiges in sein Rechnungsbuch einzutragen?» Ich bin gespannt, ob Chaerea nicht bald folgende Äußerung tut: «Ich hätte diese Hand, ein Werkzeug des Betrugs, und diese meine Finger dazu bringen können, einen untergeschobenen Posten aufzuschreiben?» Wenn also Chaerea seine Bücher vorlegen darf, dann darf auch Roscius sie vorlegen. Dann wird sich dieser Posten in den Büchern des einen finden, in denen des anderen dagegen nicht. Warum soll man den Büchern des einen mehr glauben als denen des anderen? Hätte Chaerea wohl eine Eintragung vorgenommen, ohne daß Roscius ihn zu der Lastschrift angewiesen hätte? Hätte indes Roscius die Eintragung eines Postens unterlassen, der auf seine Anweisung hin zu seinen Lasten gebucht war? Denn wie es schändlich ist, ein nicht bestehendes Guthaben einzutragen, so ist es unehrenhaft, eine bestehende Schuld nicht zu vermerken. Man verwirft nämlich ebenso die Bücher dessen, der Tatsächliches nicht vermerkt, wie dessen, der Unechtes einträgt.

Doch paß auf, wohin ich mich im Vertrauen auf die reichen Möglichkeiten meiner Sache vorwagen will: wenn C. Fannius seine Bücher über Einnahmen und Ausgaben vorlegt, die er für seine Zwecke nach seinem

minus secundum illum iudicetis non recuso. Quis 3  
 hoc frater fratri, quis parens filio tribuit ut, quod-  
 cumque rettulisset, id ratum haberet? Ratum habebit  
 Roscius; profer; quod tibi fuerit persuasum, huic erit  
 persuasum, quod tibi fuerit probatum, huic erit pro-  
 batum. Paulo ante M. Perpennae, P. Saturi tabulas  
 poscebamus, nunc tuas, C. Fanni Chaerea, solius fla-  
 gitamus et quo minus secundum eas lis detur non  
 recusamus; quid ita non profers? Non conficit tabu- 4  
 las? Immo diligentissime. Non refert parva nomina  
 in codices? Immo omnis summas. Leve et tenue  
 hoc nomen est? HS CCCIOOO sunt. Quo modo tibi  
 tanta pecunia extraordinaria iacet? quo modo HS  
 CCCIOOO in codice accepti et expensi non sunt? Pro  
 di immortales! essene quemquam tanta audacia prae-  
 ditum qui, quod nomen referre in tabulas timeat, id  
 petere audeat, quod in codicem iniuratus referre  
 noluerit, id iurare in litem non dubitet, quod sibi  
 probare non possit, id persuadere alteri conetur!

Nimum cito ait me indignari de tabulis; non 5  
 habere se hoc nomen in codicem accepti et expensi  
 relatum confitetur, sed in adversariis patere conten-  
 dit. Usque eone te diligis et magnifice circumspicis



Gutdünken geführt hat, dann weigere ich mich nicht, daß ihr den Fall seinem Antrage gemäß entscheidet. Welcher Bruder macht dem Bruder, welcher Vater dem Sohne das Zugeständnis, alles anzuerkennen, was der andere gebucht hat? Roscius wird's anerkennen: leg deine Bücher vor! Was dir richtig dünkt, wird auch ihm richtig dünken; was du für glaubhaft hältst, wird auch er für glaubhaft halten. Soeben haben wir nach den Büchern des M. Perpenna und des P. Saturius gefragt<sup>1</sup>; jetzt verlangen wir einzig die deinen, C. Fannius Chaerea, und wir sträuben uns nicht, daß der Prozeß hiernach entschieden wird – warum legst du sie also nicht vor? Führt er etwa keine Bücher? Allerdings, und zwar sehr sorgfältig. Er trägt wohl kleine Posten nicht in seine Bücher ein? Im Gegenteil; er vermerkt alle Beträge. Ist dieser Posten unwichtig und klein? Es handelt sich um 100 000 Sesterzen<sup>2</sup>. Wie kommt es, daß du eine solche Summe außer der Ordnung beiseite läßt? Wie kommt es, daß 100 000 Sesterzen nicht in deinem Einnahmen- und Ausgabenbuch stehen? Bei den unsterblichen Göttern! Da ist jemand zu solcher Unverschämtheit befähigt, daß er sich untersteht, einen Posten einzuklagen, den er nicht in seine Bücher aufzunehmen wagt, daß er nicht zögert, um einer günstigen Prozeßentscheidung willen eidlich zu bekräftigen, was er ohne Eid nicht in sein Hausbuch eintragen wollte, daß er versucht, einem anderen zu beweisen, was er sich selbst nicht glaubhaft zu machen vermag!

Er sagt, daß ich mich vorschnell wegen seiner Bücher entrüste; er gibt zu, daß er diesen Posten nicht in das Hauptbuch seiner Einnahmen und Ausgaben eingetragen habe; er stellt jedoch fest, daß man den Posten in seiner Kladde bemerken könne. Derart bist du von Eigen-

ut pecuniam non ex tuis tabulis sed ex adversariis petas? Suum codicem testis loco recitare adrogantiae est; suarum perscriptionum et liturarum adversaria proferre non amentia est? Quod si eandem vim, diligentiam auctoritatemque habent adversaria quam tabulae, quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conservare, memoriae tradere litterarum vetustatem? Sed si, quod adversariis nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus, quod etiam apud omnis leve et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Quid est quod neglegenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae; haec delentur statim, illae servantur sancte; haec parvi temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem et religionem amplectuntur; haec sunt disiecta, illae sunt in ordinem confectae. Itaque adversaria in iudicium protulit nemo; codicem protulit, tabulas recitavit. Tu, C. Piso, tali fide, virtute, gravitate, auctoritate ornatus ex adversariis pecuniam petere non aude-  
res.

Ego quae clara sunt consuetudine diutius dicere non debeo; illud vero quod ad rem vehementer pertinet, quaero: quam pridem hoc nomen, Fanni, in

liebe erfüllt und blickst stolz um dich her, daß du nicht deine Bücher, sondern deine Kladde benutzest, einen Geldbetrag einzuklagen? Es gilt für anmaßend, das eigene Hauptbuch als Urkunde zu verlesen; ist es nicht eine Verrücktheit, die eigene Kladde mit ihren Eintragungen und Streichungen vorzulegen? Wenn die Kladde dieselbe Bedeutung, Zuverlässigkeit und Beweiskraft beanspruchen darf wie die Bücher, wozu dient es dann, ein Hauptbuch einzurichten und zu führen, auf die Reihenfolge zu achten und alte Aufzeichnungen für eine spätere Zeit aufzubewahren? Doch wenn wir gerade deshalb ein Hauptbuch führen, weil wir auf die Kladde nichts geben, kann dann beim Richter für gewichtig und unumstößlich gelten, was alle für geringfügig und unerheblich halten? Warum führen wir unsere Kladde flüchtig? Warum legen wir unsere Bücher gewissenhaft an? Weshalb? Weil die Kladde für einen Monat dient, die Bücher hingegen für immer; die eine wird sofort vernichtet, die anderen werden gewissenhaft aufbewahrt; diese enthält eine Gedächtnisstütze für kurze Zeit, jene enthalten die gewissenhafte Beglaubigung eines immerwährenden guten Rufes; bei dieser handelt es sich um zerstreute Notizen, jene sind in gehöriger Ordnung angelegt. Deshalb pflegt niemand vor Gericht eine Kladde vorzuzeigen; man zeigt das Hauptbuch vor, man verliest die Bücher. Du, C. Piso, würdest, da solche Zuverlässigkeit und Rechtschaffenheit, solches Ansehen und beispielhaftes Verhalten dich auszeichnen, nicht wagen, mit Hilfe einer Kladde einen Geldbetrag einzuklagen.

Doch ich brauche nicht länger zu erklären, was durch allgemeine Übung bekannt ist; aber nach diesem Umstand will ich fragen, der für die Sache erhebliche Bedeutung hat: vor wie langer Zeit hast du, Fannius, die-

adversaria rettulisti? Erubescit, quid respondeat nescit, quid fingat extemplo non habet. Sunt duo menses iam, dices. Tamen in codicem accepti et expensi referri debuit. Amplius sunt sex menses. Cur tam diu iacet hoc nomen in adversariis? Quid si tandem amplius triennium est? quo modo, cum omnes qui tabulas conficiant menstruas paene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adversariis iacere pateris? Utrum cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes an non? Si non, quo modo tabulas conficis? si etiam, quam ob rem, cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? Nolebas sciri debere tibi Roscium; cur scribebas? Rogatus eras ne referres; cur in adversariis scriptum habebas?

Sed haec quamquam firma esse video, tamen ipse mihi satis facere non possum, nisi a C. Fannio ipso testimonium sumo hanc pecuniam ei non deberi. Magnum est quod conor, difficile est quod polliceor; nisi eundem et adversarium et testem habuerit Roscius, nolo vincat. Pecunia tibi debebatur certa, quae nunc petitur per iudicem, in qua legitimae partis sponsio facta est. Hic tu si amplius HS nummo petis-

sen Posten in deiner Kladde vermerkt? Er errötet; er weiß nicht, was er antworten soll; er ist um eine augenblickliche Erfindung verlegen. Es ist jetzt zwei Monate her, wirst du antworten. Dennoch mußte der Posten im Hauptbuch über Einnahmen und Ausgaben eingetragen werden. Es ist über sechs Monate her – warum bleibt der Posten so lange unbeachtet in der Kladde stehen? Wie aber, wenn es über drei Jahre her ist? Wie erklärt sich, daß du diesen Posten über drei Jahre in der Kladde stehen läßt, während doch alle, die Bücher führen, fast Monat für Monat Soll und Haben in die Bücher übertragen? Hast du die übrigen Posten ordnungsgemäß in dein Hauptbuch über Einnahmen und Ausgaben eingeschrieben oder nicht? Wenn nicht, wie führst du deine Bücher? Wenn aber wohl, warum hast du, als du die übrigen Posten der Reihe nach buchtest, gerade diesen, der besonders hoch war, über drei Jahre in der Kladde stehen lassen? Man sollte, so war deine Absicht, nicht wissen, daß Roscius dir etwas schulde; warum schriebst du die Schuld überhaupt auf? Man hatte dich gebeten, sie nicht zu buchen; warum stand sie in deiner Kladde eingetragen?

Doch ich sehe zwar, daß dies unumstößlich ist; gleichwohl kann ich mir selbst nicht Genüge tun, es sei denn, daß ich von C. Fannius selbst ein Zeugnis beibringe, wonach ihm der besagte Geldbetrag nicht zusteht. Groß ist's, was ich wage, schwierig, was ich verspreche: wenn Roscius nicht dieselbe Person zum Gegner und zum Zeugen hat, dann wünsche ich nicht, daß er siegt. Man schuldete dir einen bestimmten Geldbetrag, der jetzt beim Richter eingeklagt wird; deshalb wurde ein Prozeßvertrag über die gesetzlich vorgeschriebene Quote geschlossen<sup>3</sup>. Wenn du hierbei auch nur einen Sesterz

ti, quam tibi debitum est, causam perdidisti, propterea quod aliud est iudicium, aliud est arbitrium. Iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae; ad iudicium hoc modo venimus ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus ut neque nihil neque tantum quantum postulavimus consequamur. Ei rei ipsa verba formulae testimonio sunt. Quid est in iudicio? Directum, asperum, simplex: SI PARET HS 1000 DARI -. Hic nisi planum facit HS 1000 ad libellam sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? Mite, moderatum: QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS SIT DARI. Ille tamen confitetur plus se petere quam debeat, sed satis superque habere dicit quod sibi ab arbitro tribuatur. Itaque alter causae confidit, alter diffidit.

11

Quae cum ita sint, quaero abs te quid ita de hac pecunia, de his ipsis HS 1000, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sumpseris QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS SIT DARI REPROMITTIQUE SI PAREAT. Quis in hanc rem fuit arbiter? Utinam is quidem Romae esset! Romae est. Utinam adesset in iudicio! Adest. Utinam sederet in consilio C. Pisonis! Ipse C. Piso est. Eundemne tu arbitrum

12

mehr gefordert hast, als man dir schuldete, so ist der Prozeß für dich verloren. Denn ein Verfahren vor dem Richter ist etwas anderes als ein Schiedsverfahren<sup>4</sup>. Das richterliche Verfahren zielt auf eine bestimmte Geldsumme, das Schiedsverfahren auf eine unbestimmte. Zum richterlichen Verfahren finden wir uns mit der Maßgabe ein, daß wir den Streitwert im ganzen erhalten oder einbüßen; zum Schiedsverfahren kommen wir in der Erwartung, daß wir weder gar nichts erhalten noch so viel, wie wir verlangen. Diesen Unterschied bekundet bereits der Wortlaut der Formel. Was gilt beim Verfahren vor dem Richter? Ein strenger, harter, einfacher Grundsatz: «Wenn erweislich eine Schuld von 50 000 Sesterzen besteht ...» Wenn hier der Kläger nicht dartut, daß seine Forderung auf den Heller 50 000 Sesterzen beträgt, verliert er den Prozeß. Was gilt beim Schiedsverfahren? Milde und Mäßigung: «Wie viel zu leisten billig und angemessen ist ...» Wer so klagt, gibt zwar zu, daß er mehr fordert, als ihm geschuldet wird; er deutet jedoch an, das für mehr als genug anzusehen, was der Schiedsrichter ihm zuerkennt. Somit hält der eine seine Sache für sicher, der andere für unsicher.

Da dem so ist, frage ich dich, weshalb du dich wegen dieses Betrages, wegen eben dieser 50 000 Sesterzen, wegen der Zuverlässigkeit deiner Bücher auf ein Schiedsverfahren eingelassen<sup>5</sup> und einen Schiedsmann angenommen hast, gemäß der Formel: «Wie viel als Leistung und Gegenleistung billig und angemessen ist, wenn der Sachverhalt feststeht.» Wer war in dieser Angelegenheit Schiedsrichter? Wenn er sich doch in Rom befände! Er befindet sich in Rom. Wenn er doch vor Gericht zugegen wäre! Er ist zugegen. Sätze er doch unter den Beratern des C. Piso! Es ist C. Piso selbst. Du hast dieselbe Person als

et iudicem sumebas? eidem et infinitam largitionem remittebas et eundem in angustissimam formulam sponsonis concludebas? Quis umquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abstulit? Nemo; quantum enim aequius esset sibi dari, petiit. De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti! Ceteri cum ad iudicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt, hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus! qui cum de hac pecunia tabularum fide arbitrum sumpsit, iudicavit sibi pecuniam non deberi. 13

Iam duae partes causae sunt confectae; adnumerasse sese negat, expensum tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Reliquum est ut stipulatum se esse dicat; praeterea enim quem ad modum certam pecuniam petere possit non reperio. Stipulatus es — ubi, quo die, quo tempore, quo praesente? quis spondisse me dicit? Nemo. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei et diligentiae meae, satis causae et controversiae, satis formulae et sponsoni, satis etiam iudici fecisse videar cur secundum Roscium iudicari debeat. Pecunia petita est certa; cum tertia parte sponsio facta est. Haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit. Datam non esse Fannius confitetur, expensam latam non esse codices 14



Schiedsmann und als Richter angenommen? Du hast demselben unbegrenztes Ermessen eingeräumt und ihn dann auf die genaueste Prozeßformel<sup>6</sup> festgelegt? Wer hat je beim Schiedsmann so viel erhalten, wie er forderte? Niemand; er hat ja gefordert, was ihm nach Billigkeit zustehe. Für denselben Posten bist du erst zum Schiedsmann und dann zum Richter gegangen! Alle anderen weichen zum Schiedsmann aus, sobald sie merken, daß ihre Sache beim Richter ins Wanken gerät; er aber hat es gewagt, vom Schiedsmann zum Richter zu gehen! Dabei hat er, indem er wegen dieses Geldes und der Zuverlässigkeit seiner Bücher einen Schiedsmann nahm, zugegeben, daß ihm der Betrag nicht zusteht.

Zwei Teile der Sache sind bereits abgehandelt: der Gegner verneint, daß er den Betrag bar ausgezahlt hat; er behauptet nicht, ihn zu Lasten des Roscius eingetragen zu haben, da er sich nicht auf seine Bücher beruft. So bleibt nur übrig, daß er erklärt, er habe sich die Summe zusichern lassen; denn ich vermag nicht zu entdecken, wie er sonst noch wegen eines bestimmten Geldbetrages klagbar werden könnte. Du hast dir also das Geld zusichern lassen – wo, an welchem Tage, zu welcher Stunde, in wessen Gegenwart? Wer behauptet, ich hätte die Leistung versprochen? Niemand. Gesetzt, ich würde hier meine Rede beenden: zur Genüge hätte ich wohl für meine Treuepflicht und Sorgfalt, zur Genüge für den Fall und Streitgegenstand, zur Genüge für Formel und Prozeßvertrag, zur Genüge auch für den Richter dargetan, weshalb die Sache gemäß dem Antrag des Roscius entschieden werden muß. Die Klage lautet auf eine bestimmte Geldsumme; der Prozeßvertrag bezieht sich auf ein Drittel<sup>7</sup>. Der geforderte Betrag wurde entweder bar ausgezahlt oder als Lastschrift verbucht oder durch

Fanni confirmant, stipulatam non esse taciturnitas  
testium concedit.

Quid ergo est? Quod et reus is est cui et pecunia 15  
levissima et existimatio sanctissima fuit semper, et  
iudex est is quem nos non minus bene de nobis exis-  
timare quam secundum nos iudicare velimus, et  
advocatio ea est quam propter eximium splendorem  
ut iudicem unum vereri debeamus, perinde ac si in  
hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbi-  
traria honoraria, omnia officia domestica conclusa et  
comprehensa sint, perinde dicemus. Illa superior fuit  
oratio necessaria, haec erit voluntaria, illa ad iudi-  
cem, haec ad C. Pisonem, illa pro reo, haec pro Ros-  
cio, illa victoriae, haec bonae existimationis causa  
comparata.

Pecuniam petis, Fanni, a Roscio. Quam? dic 16  
audacter et aperte. Utrum quae tibi ex societate  
debeatur, an quae ex liberalitate huius promissa sit et  
ostentata? Quorum alterum est gravius et odiosius,  
alterum levius et facilius. Quae ex societate debea-  
tur? Quid ais? Hoc iam neque leviter ferendum est  
neque neglegenter defendendum. Si qua enim sunt  
privata iudicia summae existimationis et paene  
dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae, tutelae, socie-  
tatis. Aequè enim perfidiosum et nefarium est fidem

ein Leistungsversprechen zugesichert. Wie Fannius zugeht, wurde er nicht bar ausgezahlt; wie die Bücher des Fannius bestätigen, wurde er nicht als Lastschrift verbucht; wie das Schweigen der Zeugen offenbart, wurde er nicht durch ein Leistungsversprechen zugesichert.

Wie steht es also? Beklagter ist jemand, dem stets das Geld für ein sehr geringfügiges, die Ehre für ein sehr heiliges Gut gegolten hat; Richter ist jemand, von dem wir wünschen, er möge nicht minder eine günstige Meinung über uns hegen als unserem Antrage gemäß entscheiden: der Prozeßbeistand<sup>8</sup> ist von der Art, daß wir ihm wegen seines überragenden Ansehens Ehrerbietung schulden wie nur dem einen Richter; deshalb wollen wir jetzt genau so sprechen, als wären in diese Formel<sup>9</sup> alle durch Gesetz begründeten Prozesse, alle von der Gerichtsbehörde zugelassenen Verfahren<sup>10</sup>, alle Obliegenheiten des täglichen Lebens einbegriffen und einbezogen. Die bisherige Rede war notwendig, die folgende ist Zutat aus eigener Bereitschaft; jene galt dem Richter, diese gilt dem C. Piso; jene trat für den Beklagten, diese tritt für die Person des Roscius ein; jene war auf den Sieg, diese ist auf den guten Ruf gemünzt.

Du forderst von Roscius Geld, Fannius. Was für Geld? Nur Mut, sprich's offen aus. Geld, das dir aus dem Gesellschaftsvertrage zusteht, oder das Roscius dir in seiner Großzügigkeit versprochen und in Aussicht gestellt hat? Der eine Grund ist gewichtiger und anstößiger, der andere unerheblicher und weniger lästig. Geld, das dir aus dem Gesellschaftsvertrage zusteht? Was sagst du? Diesen Vorwurf darf man weder leicht nehmen noch nur nachlässig zurückweisen. Wenn es nämlich Privatprozesse gibt, bei denen der gute Name im ganzen und fast möchte ich sagen die Existenz auf dem Spiele steht<sup>11</sup>,

frangere quae continet vitam, et pupillum fraudare qui in tutelam pervenit, et socium fallere qui se in negotio coniunxit.

Quae cum ita sint, quis sit qui socium fraudarit et 17  
fefellerit consideremus; dabit enim nobis iam tacite  
vita acta in alterutram partem firmum et grave testi-  
monium. Q. Roscius? Quid ais? nonne, ut ignis in  
aquam coniectus continuo restinguitur et refrigera-  
tur, sic refervens falsum crimen in purissimam et  
castissimam vitam conlatum statim concidit et  
exstinguitur? Roscius socium fraudavit! Potest hoc  
homini huic haerere peccatum? qui me dius fidius –  
audacter dico – plus fidei quam artis, plus veritatis  
quam disciplinae possidet in se, quem populus  
Romanus meliorem virum quam histrionem esse  
arbitratur, qui ita dignissimus est scaena propter arti-  
ficiam ut dignissimus sit curia propter abstinenti-  
am.

Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem 18  
dico? Ignotum hominem scilicet pluribus verbis  
commendo. Estne quisquam omnium mortalium de  
quo melius existimes tu? estne quisquam qui tibi  
purior, pudentior, humanior, officiosior liberalior-  
que videatur? Quid? tu, Saturi, qui contra hunc

dann sind es diese drei: Prozesse aus treuhänderischer Übereignung, aus einer Vormundschaft oder einem Gesellschaftsvertrage. Denn es bezeugt ein gleiches Maß an Unredlichkeit und Niedertracht, die Treue zu brechen, auf der das Dasein beruht, ein Mündel zu betrügen, das unserer Fürsorge untersteht, und den Kompagnon zu täuschen, der sich geschäftlich mit uns verbunden hat.

Dementsprechend wollen wir einmal zusehen, was das für ein Mann ist, der seinen Kompagnon betrügt und hintergeht; denn schon die Art der Lebensführung wird uns stillschweigend ein zuverlässiges und gewichtiges Zeugnis nach der einen oder anderen Seite hin gewähren. Q. Roscius? Was sagst du? Bricht nicht, wie Feuer, ins Wasser geworfen, alsbald erlischt und erkaltet, so auch aufbrausend die falsche Beschuldigung zusammen und erlischt, sobald man sie mit der lautersten und anständigsten Lebensweise in Berührung bringt? Roscius soll seinen Kompagnon betrogen haben! Kann solch ein Makel überhaupt an diesem Manne hängenbleiben? Der doch, so wahr mir Gott helfe – ich spreche es ohne Scheu aus – mehr Ehrlichkeit in sich trägt als Virtuosität, mehr Wahrhaftigkeit als erlerntes Können, an dem das römische Volk den Menschen mehr schätzt als den Schauspieler, der sich ebenso wegen seiner Darstellungskunst in hohem Maße für die Bühne eignet, wie er sich wegen seiner Uneigennützigkeit für die Kurie eignen würde.

Doch was rede ich Tor vor Piso über Roscius? Freilich, ich empfehle ja mit vielen Worten einen Unbekannten. Gibt es unter allen Sterblichen irgend jemanden, über den du günstiger urteilst? Gibt es jemanden, den du für lauterer, rücksichtsvoller, anständiger, pflichtbewußter und großzügiger hieltest? Wie? Du, Saturius, der du

venis, existimas aliter? nonne, quotienscumque in causa in nomen huius incidisti, totiens hunc et virum bonum esse dixisti et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo aut amicissimo facere consuevit. Qua in re mihi ridicule es visus esse 19  
inconstans qui eundem et laederes et laudares, et virum optimum et hominem improbissimum esse diceres. Eundem tu et honoris causa appellabas et virum primum esse dicebas et socium fraudasse arguebas? Sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas; de hoc, ut existimabas, praedicabas, Chaereae arbitratu causam agebas.

Fraudavit Roscius! Est hoc quidem auribus animisque omnium absurdum. Quid si tandem aliquem timidum, dementem, divitem, inertem nactus esset 20  
qui experiri non posset? Tamen incredibile esset. Verum tamen quem fraudarit videamus. C. Fannium Chaeream Roscius fraudavit! Oro atque obsecro vos qui nostis, vitam inter se utriusque conferte, qui non nostis, faciem utriusque considerate. Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? non ab imis unguibus usque ad verticem summum, si quam coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite et superciliis semper est rasis ne ullum pilum viri boni habere dicatur; cuius personam prae-

dich gegen ihn stellst, denkst du denn anders? Hast du nicht, sooft du während des Prozesses auf seinen Namen gerietest, behauptet, er sei ein trefflicher Mann, und ihn mit Ehren genannt? So pflegt man sich nur gegenüber einem hochangesehenen oder eng befreundeten Manne zu verhalten. Hierbei warst du, so schien es mir, von lächerlicher Unbeständigkeit: du beleidigtest und lobtest dieselbe Person, und du nanntest Roscius bald einen ausgezeichneten Mann, bald einen ganz niederträchtigen Burschen. Du erwähntest denselben Menschen mit Hochachtung und sagtest, er sei ein vorzüglicher Mann, und bezichtigtest ihn zugleich des Betrugens an seinem Kompagnon? Doch das Lob, meine ich, zolltest du der Wahrheit, den Schuldvorwurf gestandest du deiner Dienstbeflissenheit zu; über die Person des Roscius äußertest du dich rühmend, wie du darüber dachtest, die Klage führtest du nach dem Gutdünken des Chaerea.

Roscius hat einen Betrug begangen! Schon das ist für aller Ohren und Verstand ein Unding. Doch wenn er endlich einen schüchternen, beschränkten, reichen, stumpfsinnigen Menschen gefunden hätte, der sein Recht nicht geltend zu machen wüßte? Es wäre dennoch unglaublich. Doch gleichwohl, sehen wir zu, wen er betrogen hat. Den C. Fannius Chaerea hat Roscius betrogen! Ich bitte euch flehentlich: soweit ihr sie kennt, vergleicht beider Lebensführung miteinander, soweit ihr sie nicht kennt, betrachtet beider Physiognomie. Ist nicht offensichtlich, daß Kopf und Augenbrauen, völlig glatt rasiert, nach Bosheit riechen und laut Verschlagenheit bekunden? Ist nicht offensichtlich, daß der ganze Mann, so wahr man schon aus der leiblichen Bildung, ohne ein Wort zu vernehmen, Schlüsse ziehen darf, von oben bis unten, vom Scheitel bis zu Sohle, aus Trug, Rän-

clare Roscius in scaena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. Nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit, agit Chaeream; persona illa lutulenta, impura, invisa in huius moribus, natura vitaque est expressa. Qui quam ob rem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit, mihi vix videtur, nisi forte quod praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit. Quam ob rem etiam atque etiam 21 considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium! Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis avidum? Incredibile est. Quem ad modum, si Fannius Roscium fraudasse diceretur, utrumque ex utriusque persona veri simile videretur, et Fannium per malitiam fecisse et Roscium per imprudentiam deceptum esse, sic, cum Roscius Fannium fraudasse arguatur, utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse et Fannium quicquam per bonitatem amisisse.

Principia sunt huius modi; spectemus reliqua. HS 22  
 1000 Q. Roscius fraudavit Fannium. Qua de causa? Subridet Saturius, veterator, ut sibi videtur; ait propter ipsa HS 1000. Video; sed tamen cur ipsa HS 1000 tam vehementer concupierit quaero; nam tibi, M. Perpenna, tibi C. Piso, certe tanti non fuissent ut



ken und Lügen besteht? Er zeigt sich deshalb stets mit Glatze und rasierten Brauen, damit es nicht heißen kann, es sei auch nur ein Haar eines anständigen Mannes an ihm. *Seinen* Charakter pflegt Roscius vorzüglich auf der Bühne darzustellen; er erntet jedoch für diese Gefälligkeit nicht den gebührenden Dank. Wenn er nämlich den Ballio, diesen ganz niederträchtigen und lügenhaften Kuppler<sup>12</sup>, spielt, dann spielt er den Chaerea; die schmutzige, schändliche, abscheuliche Rolle hat ihr Abbild in Charakter, Wesen und Lebensführung des Chaerea. Weshalb dieser Mann den Roscius in Trug und Bosheit für seinesgleichen hält, ist mir unverständlich; vielleicht deshalb, weil er bemerkt hat, daß Roscius ihn in der Rolle des Kupplers vorzüglich nachahmt. Überleg dir daher ganz genau, C. Piso, wer wen betrogen haben soll. Roscius den Fannius! Was bedeutet das? Der Redliche den Unredlichen, der Bescheidene den Unverschämten, den Lügenhaften der Anständige, den Verschlagenen der Unerfahrene, der Großzügige den Habgierigen? Das ist unglaublich. Wenn es hieße, Fannius habe den Roscius betrogen, so würde beides nach beider Wesen für wahrscheinlich gelten: daß Fannius aus Bosheit die Tat beging und Roscius sich aus Unkenntnis täuschen ließ. Entsprechend ist, da dem Roscius Betrug an Fannius vorgeworfen wird, beides unglaublich: daß Roscius aus Habgier etwas verlangt und Fannius aus Gutherzigkeit etwas eingeüßt habe.

So sind die Voraussetzungen; betrachten wir das übrige. Q. Roscius hat Fannius um 50 000 Sesterzen betrogen. Weshalb? Saturius, der alte Fuchs, für den er sich hält, lächelt; er sagt: wegen eben der 50 000 Sesterzen. Ich verstehe; doch gleichwohl möchte ich fragen, warum Roscius nach eben diesen 50 000 Sesterzen ein so heftiges

socium fraudaretis. Roscio cur tanti fuerint causam requiro. Egebat? Immo locuples erat. Debebat? Immo in suis nummis versabatur. Avarus erat? Immo etiam ante quam locuples esset, semper liberalissimus munificentissimusque fuit. Pro deum hominumque fidem! qui HS 1000 CCC1000 quaestus facere noluit – nam certe HS 1000 CCC1000 merere et potuit et debuit, si potest Dionysia HS CCC1000 CCC1000 merere – is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS 1000 appetiit? Et illa fuit pecunia immanis, haec parvola, illa honesta, haec sordida, illa iucunda, haec acerba, illa propria, haec in causa et in iudicio conlocata. Decem his annis proximis HS sexagens honestissime consequi potuit; noluit. Laborem quaestus recepit, quaestum laboris reiecit; populo Romano adhuc servire non destitit, sibi servire iam pridem destitit. Hoc tu umquam, Fanni, faceres? et si hos quaestus recipere posses, non eodem tempore et gestum et animam ageres? Dic nunc te ab Roscio HS 1000 circumscriptum esse, qui tantas et tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris sed propter magnificentiam liberalitatis repudiavit!

Quid ego nunc illa dicam quae vobis in mentem venire certo scio? Fraudabat te in societate Roscius! Sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus constitutae, ne quis aut in genere iniuriae aut in ratione actio-

Verlangen trug; denn dir, M. Perpenna, und dir, C. Piso, hätten sie gewiß nicht so viel bedeutet, daß ihr euren Kompagnon hättet betrügen wollen. Ich frage, weshalb sie dem Roscius so viel bedeuteten. Lebte er in Armut? Im Gegenteil, er war reich. Hatte er Schulden? Im Gegenteil, er verwendete nur eigene Mittel. War er habgierig? Im Gegenteil, schon bevor er reich war, zeigte er sich stets überaus großzügig und freigebig. Bei den Göttern und Menschen! Wer es ablehnte, Gagen von 150 000 Sesterzen zu erzielen (denn gewiß hätte er 150 000 Sesterzen verdienen können und müssen, wenn eine Dionysia<sup>13</sup> 200 000 Sesterzen verdienen kann), der sollte mit ärgster Tücke, Bosheit und Treulosigkeit nach 50 000 Sesterzen getrachtet haben? Dabei war jene Summe bedeutend, diese klein, jene ehrbar, diese schmutzig, jene erfreulich, diese bitter, jene sein eigen, diese von Prozeß und Gerichtsurteil abhängig. In den letzten zehn Jahren hätte Roscius auf die anständigste Weise sechs Millionen Sesterzen erwerben können; er wollte nicht. Er nahm die Mühe für den Ertrag auf sich; er lehnte den Ertrag der Mühe ab; er hat bis jetzt nicht aufgehört, dem römischen Volke zu dienen; sich selbst zu dienen, hat er schon längst aufgehört. Hättest du das je getan, Fannius? Und wenn du derartige Gewinne erzielen könntest, würdest du nicht gleichzeitig Schauspielkunst und Leben einsetzen? Sag jetzt noch, du seiest von Roscius um 50 000 Sesterzen betrogen worden, der doch so große, so ungeheure Summen nicht aus Scheu vor der Mühe, sondern aus freigebiger Großmut verschmäht hat!

Was soll ich jetzt noch von den Dingen reden, an die ihr, wie ich sicher weiß, schon lange denkt? Roscius hat dich doch hintergangen, während ihr eine Gesellschaft hattet! Es sind Rechtsansprüche, es sind Klagformeln für

nis errare possit. Expressae sunt enim ex unius cuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria publicae a praetore formulae, ad quas privata lis accommodatur.

Quae cum ita sint, cur non arbitrum pro socio 25  
 adegeris Q. Roscium quaero. Formulam non noras? Notissima erat. Iudicio gravi experiri volebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem? Cur ergo laedis? Propter integritatem hominis? Cur igitur insimulas? Propter magnitudinem criminis? Itane vero? quem per arbitrum circumvenire non posses, cuius de ea re proprium non erat iudicium, hunc per iudicem condemnabis, cuius de ea re nullum est arbitrium? Quin tu hoc crimen aut obice ubi licet agere, aut iacere noli ubi non oportet.

Tametsi iam hoc tuo testimonio crimen sublatum est. Nam quo tu tempore illa formula uti noluisti, nihil hunc in societatem fraudis fecisse indicasti. Dic enim, tabulas habes an non? Si non habes, quem ad modum pactio est? si habes, cur non nominas? Dic 26  
 nunc Roscium abs te petisse ut familiarem suum sumeres arbitrum! Non petiit. Dic pactionem fecisse ut absolveretur! Non pepigit. Quaere qua re sit absolutus! Quod erat summa innocentia et integritate. Quid enim factum est? Venisti domum ultro Ros-

alle Tatbestände vorgesehen, damit niemand sich in der Art der Rechtsverletzung und in der Prozeßform irren kann. Denn aus dem Schaden, Schmerz, Nachteil, Verderben, Unrecht eines jeden wurden vom Prätor allgemeingültige Klagformen abgeleitet, nach denen sich der einzelne Streitfall richtet.

Da dem so ist, frage ich dich, warum du Q. Roscius nicht vor einen Richter für Gesellschaftsangelegenheiten geladen hast. Kanntest du die Klagformel nicht? Sie war allgemein bekannt. Wolltest du dein Recht nicht in einem Verfahren mit schwerwiegenden Folgen suchen? Warum das? Wegen eurer alten Freundschaft? Warum kränkst du ihn dann? Wegen der Lauterkeit seiner Person? Warum verdächtigst du ihn dann? Wegen der Schwere des Schuldvorwurfs? Steht es so? Da du ihn nicht mit Hilfe eines Richters zu überwältigen vermochtest, der hierüber kein eigentliches Urteil zu fällen brauchte, willst du ihn von einem Richter verurteilen lassen, dem in dieser Sache keinerlei Ermessen zukommt<sup>14</sup>? Bitte, erhebe dort deinen Schuldvorwurf, wo es gestattet ist, darüber zu verhandeln, oder bringe ihn nicht an ungehöriger Stelle vor.

Indes, die Beschuldigung ist schon durch dein eigenes Zeugnis entkräftet. Denn indem du jene Klagformel nicht verwenden mochtest, gabst du zu erkennen, daß Roscius keinerlei Betrug gegenüber der Gesellschaft begangen habe. Denn sag, besitztst du Urkunden oder nicht<sup>15</sup>? Wenn nicht, wie kam eure Vereinbarung zustande? Wenn aber doch, warum erwähnst du sie nicht? Jetzt behaupte noch, Roscius habe dich gebeten, daß du einen seiner Freunde als Schiedsmann annehmen mögest! Er hat dich nicht gebeten. Behaupte noch, er habe ein Abkommen für seinen Freispruch getroffen! Er traf kei-

ci, satis fecisti; quod temere commisisti, in iudicium ut denunciare, rogasti ut ignosceret; te adfuturum negasti, debere tibi ex societate nihil clamitasti. Iudici hic denunciavit; absolutus est. Tamen fraudis ac furti mentionem facere audes? Perstat in impudentia. "Pactionem enim," inquit, "mecum fecerat." Idcirco videlicet ne condemnaretur. Quid erat causae cur metueret ne condemnaretur? – Res erat manifesta, furtum erat apertum.

Cuius rei furtum factum erat? Exorditur magna cum expectatione veteris histrionis exponere societatem. "Panurgus," inquit, "fuit Fanni; is fit ei cum Roscio communis." Hic primum questus est non leviter Saturius communem factum esse gratis cum Roscio, qui pretio proprius fuisset Fanni. Largitus est scilicet homo liberalis et dissolutus et bonitate adfluens Fannius Roscio. Sic puto. Quoniam ille hic constitit paulisper, mihi quoque necesse est paulum commorari. Panurgum tu, Saturi, proprium Fanni dicis fuisse. At ego totum Rosci fuisse contendo. Quid erat enim Fanni? Corpus. Quid Rosci? Disciplina. Facies non erat, ars erat pretiosa. Ex qua parte erat Fanni, non erat HS ∞, ex qua parte erat Rosci, amplius erat HS CCCIOOO IOOO; nemo enim illum ex

nes. Frage nur, weshalb man ihn freigesprochen hat! Weil seine Rechtschaffenheit und Lauterkeit vollkommen waren. Denn was ist geschehen? Du suchtest von dir aus Roscius zu Hause auf; du entschuldigtest dich; du batest um Verzeihung, daß du ihn leichtfertig vor Gericht entboten habest; du erklärtest, du werdest nicht erscheinen; du betuertest, er sei dir aus dem Gesellschaftsvertrage nichts schuldig geblieben. Er aber machte dem Richter hiervon Mitteilung und wurde losgesprochen. Dennoch wagst du es, von Trug und Unterschleif zu reden? Der Gegner beharrt bei seiner Unverschämtheit; er sagt: «Roscius hatte nämlich ein Abkommen mit mir getroffen.» Freilich, und zwar deshalb, damit er nicht verurteilt würde. Aus welchem Grunde hätte er denn eine Verurteilung fürchten sollen? «Die Sache war handgreiflich, die Unterschlagung lag offen zutage.»

Was war unterschlagen worden? Er schickt sich an, unter großer Erwartung der Anwesenden den Gesellschaftsvertrag zu erklären, der jenen alten Schauspieler zum Gegenstand hatte. «Panurgus», redet er, «gehörte dem Fannius; er wird Gemeineigentum von ihm und Roscius.» Hier hat sich Saturius zuerst nicht wenig beschwert: Panurgus, der gegen Entgelt dem Fannius gehört habe, sei unentgeltlich Miteigentum des Roscius geworden. Freilich, der großzügige, verschwenderische, vor Gutmütigkeit überfließende Fannius hat dem Roscius ein Geschenk gemacht. Das möcht' ich glauben! Da mein Gegner hier ein wenig verweilte, muß auch ich mich etwas dabei aufhalten. Du behauptest, Saturius, Panurgus habe dem Fannius gehört. Ich aber erkläre, daß er ganz und gar dem Roscius gehört hat. Denn was gehörte dem Fannius? Der Leib. Was dem Roscius? Die Ausbildung. Nicht seine Gestalt, seine Kunst war kost-

trunco corporis spectabat sed ex artificio comico aestimabat; nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aeris, disciplina quae erat ab hoc tradita locabat se non minus HS CCCIDDD 29  
 IDDD. O societatem captiosam et indignam, ubi alter HS ∞, alter CCCIDDD IDDD quod sit in societatem adfert! nisi idcirco moleste pateris quod HS ∞ tu ex arca proferebas, HS CCCIDDD IDDD ex disciplina et artificio promebat Roscius.

Quam enim spem et expectationem, quod studium et quem favorem secum in scaenam attulit Panurgus, quod Rosci fuit discipulus! Qui diligebant hunc, illi favebant, qui admirabantur hunc, illum probabant, qui denique huius nomen audierant, illum eruditum et perfectum existimabant. Sic est volgus; ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. Quid sciret ille perpauci animadvertabant, ubi 30  
 didicisset omnes quaerebant; nihil ab hoc pravum et perversum produci posse arbitrabantur. Si veniret ab Statilio, tametsi artificio Roscium superaret, aspicere nemo posset; nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci, sic a pessimo histrione bonum



bar. Soweit Panurgus dem Fannius gehörte, betrug sein Wert keine 1000 Sesterzen, soweit er dem Roscius gehörte, mehr als 150 000 Sesterzen. Denn ein jeder beurteilte ihn nicht nach seinem Äußeren, sondern bewertete ihn nach seiner Darstellungskunst als Komöde. Seine Glieder allein vermochten nämlich nicht mehr einzubringen als 12 Asse; das Können, das Roscius ihm vermittelt hatte, ließ sich für nicht weniger als 150 000 Sesterzen vermieten. Was für ein verfänglicher und unwürdiger Gesellschaftsvertrag, bei dem der eine 1000 Sesterzen, der andere 150 000 Sesterzen in das Gesellschaftsvermögen einbringt! Es sei denn, du ärgerst dich deshalb, weil du die 1000 Sesterzen aus der Kasse hervorholtest, Roscius die 150 000 Sesterzen durch die künstlerische Ausbildung erwirtschaftete.

Denn welche hoffnungsvolle Erwartung, welche begeisterte Gewogenheit brachte Panurgus auf die Bühne mit, weil er ein Schüler des Roscius war! Wer den Roscius liebte, war dem Panurgus geneigt; wer diesen bewunderte, erfand jenen als beifallswert; wer überhaupt den Namen des einen vernommen hatte, hielt den anderen für vollkommen in seinem Fach. So ist nun einmal das Publikum; es beurteilt wenig nach den Tatsachen, vieles nach Mutmaßungen. Was Panurgus konnte, bemerkten nur sehr wenige; wo er gelernt habe, darnach fragten alle; sie waren überzeugt, daß er nichts schlecht und verkehrt darzustellen vermöge. Wenn er von Statilius<sup>16</sup> käme, so würde niemand ihm zuschauen mögen, auch wenn er mit seiner Kunst dem Roscius überlegen wäre; denn niemand würde glauben, daß ein miserabler Schauspieler einen guten Komöden hervorbringen könne, so wenig von einem schurkischen Vater ein anständiger Sohn abstamme. Weil Panurgus von Roscius kam,

comoedum fieri posse existimaret. Quia veniebat a Roscio, plus etiam scire quam sciebat videbatur.

Quod item nuper in *Erote* comoedo usu venit; qui postea quam e scaena non modo sibilis sed etiam convicio explodebatur, sicut in aram confugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen: itaque per brevi tempore qui ne in novissimis quidem erat histrionibus ad primos pervenit comoedos. Quae res extulit eum? Una commendatio huius; qui tamen Panurgum illum, non solum ut Rosci discipulus fuisse diceretur domum recepit, sed etiam summo cum labore, stomacho miseriaque erudit. Nam quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius; quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciat. Paulo longius oratio mea pro vecta est hac de causa ut conditionem societatis diligenter cognosceretis.

Quae deinde sunt consecuta? “Panurgum,” inquit, “hunc servum communem, Q. Flavius Tarquiniensis quidam interfecit. In hanc rem,” inquit, “me cognitorem dedisti. Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto tu sine me cum Flavio decidisti.” Utrum pro dimidia parte an pro re tota? planius dicam: utrum pro me an et pro me et pro te? Pro me; potui exemplo multorum; licitum est; iure fecerunt multi; nihil in ea re tibi iniuriae feci. Pete tuum, exige et aufer quod debetur; suam quisque

galt sein Können für noch größer, als es in Wirklichkeit war.

Dasselbe hat sich neulich mit dem Komöden Eros ereignet: nachdem man ihn nicht nur mit Pfiffen, sondern auch mit Schimpfrufen von der Bühne vertrieben hatte, rettete er sich wie an einen Altar in das Haus des Roscius, zu dessen Unterricht, Schutz und Namen; daher stieg er, der nicht einmal zu den Schauspielern letzten Ranges gezählt hatte, in sehr kurzer Zeit bis unter die ersten Komöden auf. Was hat ihn emporgetragen? Einzig die Empfehlung des Roscius; unseren Panurgus indes hat Roscius nicht nur, damit man ihn als seinen Schüler bezeichne, in sein Haus aufgenommen, sondern mit größter Mühe, innerer Anteilnahme und Beschweris ausgebildet. Denn je geschickter und begabter jemand ist, desto leidenschaftlicher und angespannter unterrichtet er; denn es peinigt ihn zu sehen, wie das langsam erlernt wird, was er selbst rasch an sich gerissen hat. Meine Rede hat sich deshalb etwas länger bei diesem Punkte aufgehalten, weil ihr genaue Kenntnis von den Voraussetzungen des Gesellschaftsvertrages erhalten solltet.

Wie ging es dann weiter? «Ein Q. Flavius aus Tarquinii<sup>17</sup>», sagt der Gegner, «tötete den Sklaven Panurgus, unseren gemeinsamen Besitz. In dieser Angelegenheit», behauptet er, «hast du mich zum Prozeßbevollmächtigten bestellt. Als das Verfahren eingeleitet<sup>18</sup> und eine Untersuchung wegen widerrechtlicher Schädigung festgesetzt war, hast du dich ohne mich mit dem Flavius verglichen.» Etwa wegen der Hälfte oder wegen des Ganzen? Ich will mich deutlicher aussprechen: nur zu meinen Gunsten oder zu meinen und deinen Gunsten? Nur zu meinen Gunsten; das durfte ich nach dem Beispiele vieler; es ist erlaubt; manch einer hat es mit Recht so

partem iuris possideat et persequatur. – “At enim tu tuum negotium gessisti bene.” – Gere et tu tuum bene. – “Magno tu tuam dimidiam partem decidisti.” – Magno et tu tuam partem decide. – “HS Q. tu abstulisti.” – Sit ita hoc, vero HS Q. tu aufer. Sed 33 hanc decisionem Rosci oratione et opinione augere licet, re et veritate mediocrem et tenuem esse invenietis. Accepit enim agrum temporibus eis cum iacerent pretia praediorum; qui ager neque villam habuit neque ex ulla parte fuit cultus; qui nunc multo pluris est quam tunc fuit. Neque id est mirum. Tum enim propter rei publicae calamitates omnium possessiones erant incertae, nunc deum immortalium benignitate omnium fortunae sunt certae; tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima 34 villa. Verum tamen, quoniam natura tam malivulus es, numquam ista te molestia et cura liberabo. Praeclare suum negotium gessit Roscius, fundum fructuosissimum abstulit; quid ad te? Tuam partem dimidiam, quem ad modum vis, decide.

Vertit hic rationem et id quod probare non potest fingere conatur. “De tota re,” inquit, “decidisti.” Ergo huc universa causa deducitur, utrum Roscius cum Flavio de sua parte an de tota societate fecerit

gehalten; ich habe dir hiermit keinerlei Unbill zugefügt. Fordere du das Deinige; treibe ein und nimm, was man dir schuldet; ein jeder besitze und verfolge seinen rechtmäßigen Anteil. «Ja. Du hast jedoch deinen Vorteil gut zu wahren gewußt.» Wisse auch du den deinigen gut zu wahren! «Du hast dich teuer für deine Hälfte abfinden lassen.» Laß auch du dich für deinen Teil teuer abfinden! «Du hast 500 000 Sesterzen<sup>19</sup> erlangt.» Gesetzt, das sei richtig: suche doch auch du 500 000 Sesterzen zu erlangen! Indes, man kann das Abkommen des Roscius in Worten und Mutmaßungen als überaus günstig hinstellen, im Hinblick auf die tatsächlichen Gegebenheiten werdet ihr es für unbedeutend und dürftig befinden. Denn er erhielt einen Landbesitz zu einer Zeit, als die Preise für Grundstücke sehr niedrig standen; dieser Landbesitz hatte weder ein Haus noch war er zu irgendeinem Teile bewirtschaftet; sein Wert ist jetzt viel größer als damals. Kein Wunder. Denn damals waren wegen der Nöte unseres Staates die Besitzungen aller der Unsicherheit ausgesetzt<sup>20</sup>; jetzt sind durch die Güte der unsterblichen Götter aller Vermögen in Sicherheit; damals war es ein unbewirtschafteter Landbesitz ohne ein Obdach; jetzt ist er vorzüglich bewirtschaftet und mit einem sehr schönen Haus versehen. Indes, da du von Natur aus so mißgünstig bist, will ich dich niemals von dieser quälenden Sorge befreien: Roscius hat seinen Vorteil ausgezeichnet zu wahren gewußt; er hat ein sehr ertragreiches Landgut erhalten. Was geht's dich an? Laß dich für deine Hälfte abfinden, wie du willst.

Hier ändert er seine Taktik und sucht zu erfinden, was er nicht beweisen kann: «Du hast wegen des ganzen Schadens», behauptet er, «einen Vergleich abgeschlossen.» Also darauf läuft es bei dem gesamten Streitfall hin-

pactionem. Nam ego Roscium, si quid communi 35  
 nomine tetigit, confiteor praestare debere societati. –  
 Societatis, non suas litis redemit, cum fundum a Fla-  
 vio accepit. – Quid ita satis non dedit amplius nemi-  
 nem petiturum? Qui de sua parte decedit, reliquis  
 integram relinquit actionem, qui pro sociis transigit,  
 satis dat neminem eorum postea petiturum. Quid ita  
 Flavio sibi cavere non venit in mentem? nesciebat  
 videlicet Panurgum fuisse in societate. Sciebat. Nes-  
 ciebat Fannium Roscio esse socium. – Praeclare; 36  
 nam iste cum eo litem contestatam habebat. Cur igitur  
 decedit et non restipulatur neminem amplius  
 petiturum? cur de fundo decedit et iudicio non  
 absolvitur? cur tam imperite facit ut nec Roscium  
 stipulatione adliget neque a Fannio iudicio se absol-  
 vat? Est hoc primum et ex condicione iuris et ex con- 37  
 suetudine cautionis firmissimum et gravissimum  
 argumentum, quod ego pluribus verbis amplecterer,  
 si non alia certiora et clariora testimonia in causa  
 haberem.

Et ne forte me hoc frustra pollicitum esse praedi-  
 ces, te, te inquam, Fanni, ab tuis subselliis contra te  
 testem suscitabo. Criminatio tua quae est? Roscium

aus, ob Roscius mit Flavius für seinen Anteil oder für die Gesellschaft im ganzen ein Abkommen getroffen hat. Denn ich gebe zu, wenn Roscius etwas für gemeinsame Rechnung unternommen hat, dann haftet er der Gesellschaft. «Er hat über den Anspruch der Gesellschaft, nicht nur über seinen eigenen verfügt, als er von Flavius das Grundstück annahm.» Warum hat er ihm dann nicht Sicherheit geleistet, daß niemand mehr Ansprüche an ihn stellen werde? Wer sich wegen seines Anteils vergleicht, läßt den übrigen den Klaganspruch unbenommen; wer im Namen der Gesellschafter ein Abkommen trifft, leistet Sicherheit, daß keiner von ihnen hernach noch Ansprüche stellt. Warum kam es Flavius nicht in den Sinn, sich Sicherheit zu verschaffen? Er wußte wohl nicht, daß Panurgus einer Gesellschaft gehört hatte. Er wußte es. Er wußte nicht, daß Fannius Kompagnon des Roscius sei. Er wußte es sehr genau; denn Fannius hatte gegen ihn das Verfahren eingeleitet. Warum also schließt er einen Vergleich ab, ohne sich versprechen zu lassen, daß niemand weitere Ansprüche stellen werde? Warum gibt er das Grundstück hin, ohne von dem Prozeß losgesprochen zu werden<sup>21</sup>? Warum handelt er so unerfahren, daß er weder Roscius durch ein Versprechen verpflichtet noch sich von Fannius durch einen Urteilsspruch befreit? Dies ist ein erster und ein nach den rechtlichen Voraussetzungen und der üblichen Art der Sicherheitsleistung überaus starker und gewichtiger Beweisgrund; ich würde mit mehreren Worten darauf eingehen, wenn ich nicht andere, zuverlässigere und deutlichere Zeugnisse in dieser Sache besäße.

Und damit du nicht etwa behauptest, ich hätte ein leeres Versprechen abgegeben, will ich dich, dich, sage ich, Fannius, von deiner Bank gegen dich als Zeugen aufruf-

cum Flavio pro societate decidisse. Quo tempore? Abhinc annis xv. Defensio mea quae est? Roscium pro sua parte cum Flavio transegisse. Repromittis tu abhinc triennium Roscio. Quid? recita istam restipulationem clarius. Attende, quaeso, Piso; Fannium invitum et huc atque illuc tergiversantem testimonium contra se cogo dicere. Quid enim restipulatio clamat? QUOD A FLAVIO ABSTULERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLUTURUM SPONDEO. Tua vox est, Fanni. Quid tu auferre potes a Flavio, si Flavius nihil debet? quid hic porro nunc restipulatur quod iam pridem ipse exegit? quid vero Flavius tibi daturus est, qui Roscio omne quod debuit dissolvit? Cur in re tam vetere, in negotio iam confecto, in societate dissoluta nova haec restipulatio interponitur? quis est huius restipulationis scriptor, testis arbiterque? Tu, Piso; tu enim Q. Roscium pro opera ac labore, quod cognitor fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti ut Fannio daret HS CCCIDCCC hac condicione ut, si quid ille exegisset a Flavio, partem eius dimidiam Roscio dissolveret. Satisne ipsa restipulatio dicere tibi videtur aperte Roscium pro se decidisse?

38

At enim forsitan hoc tibi veniat in mentem, repro-  
misisse Fannium Roscio, si quid a Flavio exegisset,  
eius partem dimidiam, sed omnino exegisse nihil.

39



fen. Wie lautet dein Vorwurf? Roscius habe mit Flavius für die Gesellschaft einen Vergleich abgeschlossen. Wann? Vor fünfzehn Jahren. Wie lautet meine Rechtfertigung? Roscius habe für seinen Anteil mit Flavius ein Abkommen getroffen. Du aber hast dich vor drei Jahren dem Roscius gegenüber vertraglich verpflichtet. Wie? Man lese den Vertrag vernehmlich vor! Gib bitte acht, Piso; ich zwinge Fannius wider seinen Willen und so sehr er sich dreht und wendet, gegen sich selbst Zeugnis abzulegen. Denn was beteuert der Vertrag? «Was ich von Flavius erhalte, hiervon verpflichte ich mich die Hälfte an Roscius auszuzahlen.» Das sind deine eigenen Worte, Fannius. Was kannst du denn von Flavius erhalten, wenn Flavius gar nichts schuldet? Und wozu läßt sich Roscius jetzt etwas versprechen, was er selbst schon längst beigegeben hat? Was aber wird Flavius an dich leisten, der dem Roscius alles, was er schuldete, gezahlt hat? Weshalb wird bei einer so weit zurückliegenden Sache, bei einem bereits erledigten Handel, bei einer aufgelösten Gesellschaft dieser neue Vertrag abgeschlossen? Wer hat den Vertrag aufgesetzt, bestätigt und vermittelt? Du, Piso; du hast nämlich Q. Roscius aufgefordert, er solle an Fannius für seine Tätigkeit und Mühe, weil er Prozeßbevollmächtigter gewesen sei, weil er die Termine wahrgenommen habe, 100 000 Sesterzen entrichten, mit der Maßgabe, daß er die Hälfte des Betrages an Roscius zahle, den er etwa von Flavius beitreibe. Scheint dir nicht schon der Wortlaut des Vertrages deutlich genug zu bekunden, daß Roscius den Vergleich nur für sich abgeschlossen hat?

Indes, vielleicht ziehst du in Erwägung, daß zwar Fannius dem Roscius die Hälfte des etwa von Flavius beigegebenen Betrages versprochen, daß er jedoch über-

Quid tum? Non exitum exactionis, sed initium repromissionis spectare debes. Neque, si ille id exsequendum non iudicavit, non, quod in se fuit, iudicavit Roscium suas, non societatis litis redemisse. Quid si tandem planum facio post decisionem veterem Rosci, post repromissionem recentem hanc Fanni HS CCCIOOO Fannium a. Q. Flavio Panurgi nomine abstulisse? tamen diutius inludere viri optimi existimationi, Q. Rosci, audebit?

Paulo ante quaerebam, id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de causa Flavius, cum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet a Roscio neque iudicio absolveretur a Fannio; nunc vero, id quod mirum et incredibile est, requiro: Quam ob rem, cum de tota re decidisset cum Roscio, HS CCCIOOO separatim Fannio dissolvit? Hoc loco, Saturi, quid pares respondere scire cupio; utrum omnino Fannium a Flavio HS CCCIOOO non abstulisse an alio nomine et alia de causa abstulisse. Si alia de causa, quae ratio tibi cum eo intercesserat? Nulla. Addictus erat tibi? Non. Frustra tempus contero. "Omnino," inquit, "HS CCCIOOO a Flavio non abstulit neque Panurgi nomine neque cuiusquam."

Si planum facio post hanc recentem stipulationem Rosci HS CCCIOOO a Flavio te abstulisse, numquid

haupt nichts beigetrieben habe. Was folgt daraus? Du mußt nicht den Erfolg, die Beitreibung, sondern den Anfang, den Vertrag betrachten. Denn wenn Fannius meinte, nicht betreiben zu sollen, so ist hierdurch keineswegs ausgeschlossen, daß er für seine Person auch meinte, Roscius habe sich für seinen eigenen, und nicht für den Anspruch der Gesellschaft befriedigen lassen. Wie aber, wenn ich schließlich zeige, daß nach dem einstigen Vergleich des Roscius, nach dem neuerlichen Vertrag des Fannius eben dieser Fannius 100 000 Sesterzen wegen des Panurgus von Q. Flavius erhalten hat? Wird er es dennoch wagen, weiterhin dem Rufe eines Ehrenmannes, des Q. Roscius, übel mitzuspielen?

Soeben fragte ich, was von erheblichem Gewicht für die Sache ist, weshalb Flavius, da er doch wegen des gesamten Streitwertes ein Abkommen traf, weder von Roscius Sicherheit empfing noch sich durch Urteil von Fannius befreite. Jetzt aber frage ich, was seltsam und unglaublich ist: weshalb zahlte er, da er sich doch wegen der ganzen Angelegenheit mit Roscius verglichen hatte, dem Fannius gesondert 100 000 Sesterzen? An dieser Stelle, Saturius, möchte ich gern wissen, was du zu erwidern gedenkst: ob Fannius die 100 000 Sesterzen von Flavius überhaupt nicht, oder ob er sie wegen eines anderen Anspruches und aus anderem Grunde erhalten habe. Wenn aus anderem Grunde, welche geschäftliche Beziehung bestand zwischen dir und ihm? Keine. War er dir gegenüber zur Zahlung verurteilt<sup>22</sup>? Nein. Ich wende vergebens Zeit auf. «Er hat die 100 000 Sesterzen überhaupt nicht von Flavius erhalten», behauptet Saturius, «nicht des Panurgus noch sonst einer Sache wegen.»

Gesetzt, ich beweise, du habest nach Abschluß des Vertrages, den du unlängst mit Roscius vereinbartest,

causae est quin ab iudicio abeas turpissime victus?  
 Quo teste igitur hoc planum faciam? Venerat, ut opi- 42  
 nor, haec res in iudicium. Certe. Quis erat petitor?  
 Fannius. Quis reus? Flavius. Quis iudex? Cluvius.  
 Ex his unus mihi testis est producendus qui pecuni-  
 am datam dicat. Quis est ex his gravissimus? Sine  
 controversia qui omnium iudicio comprobatus est  
 iudex. Quem igitur ex his tribus a me testem expec-  
 tabis? petitozem? Fannius est; contra se numquam  
 testimonium dicet. Reum? Flavius est. Is iam pridem  
 est mortuus; si viveret, verba eius audiretis. Iudicem?  
 Cluvius est. Quid is dicit? HS CCCIOOO Panurgi  
 nomine Flavium Fannio dissolvisse. Quem tu si ex  
 censu spectas, eques Romanus est, si ex vita, homo  
 clarissimus est, si ex fide, iudicem sumpsisti, si ex  
 veritate, id quod scire potuit et debuit dixit. Nega, 43  
 nega nunc equiti Romano, homini honesto, iudici  
 tuo credi oportere! Circumspicit, aestuat, negat nos  
 Cluvi testimonium recitatueros. Recitabimus. Erras;  
 inani et tenui spe te consolaris. Recita testimonium  
 T. Manili et C. Lusci Ocreae, duorum senatorum,  
 hominum ornatissimorum qui ex Cluvio audierunt.  
 TESTIMONIUM T. MANILI ET C. LUSCI OCREAE.

Utrum dicis Luscio et Manilio, an etiam Cluvio  
 non esse credendum? Planius atque apertius dicam.

100 000 Sesterzen von Flavius erhalten: ist dann nicht unvermeidlich, daß du als schmachvoll Unterlegener das Gericht verläßt? Durch welchen Zeugen soll ich das nun beweisen? Die Sache ist ja, glaube ich, vor Gericht gekommen. Gewiß. Wer war Kläger? Fannius. Wer Beklagter? Flavius. Wer Richter? Cluvius. Einen von diesen muß ich als Zeugen vorführen, der die Zahlung bestätigt. Wer von ihnen hat die größte Bedeutung? Unstreitig, wer sich nach aller Urteil als Richter bewährt hat. Wen von diesen dreien erwartest du also als meinen Zeugen? Den Kläger? Das ist Fannius; gegen sich selbst wird er niemals Zeugnis ablegen. Den Beklagten? Das ist Flavius. Der ist schon seit langem verstorben; wenn er noch lebte, würdet ihr seine Aussage vernehmen. Den Richter? Das ist Cluvius. Was sagt der? Daß Flavius dem Fannius wegen des Panurgus 100 000 Sesterzen gezahlt habe. Wenn du Cluvius nach seinem Rang beurteilen willst: er ist römischer Ritter; wenn nach seiner Lebensführung: er ist sehr angesehen; wenn nach seiner Vertrauenswürdigkeit: du selbst hast ihn als Richter angenommen; wenn nach seiner Sachkenntnis: er hat gesagt, was er wissen konnte und mußte. Behaupte, behaupte jetzt noch, daß man einem römischen Ritter, einem angesehenen Manne, deinem Richter nicht glauben dürfe! Er blickt um sich, er ist in Unruhe, er meint, daß wir das Zeugnis des Cluvius nicht verlesen würden. Wir werden es verlesen. Du irrst; du suchst dich mit eitler und dürftiger Hoffnung zu trösten. Lies das Zeugnis des T. Manilius und des C. Luscius Ocrea vor, zweier Senatoren, hochgeehrter Männer, die es von Cluvius gehört haben. – (Das Zeugnis des T. Manilius und des C. Luscius Ocrea.) –

Behauptest du nun, man müsse dem Luscius und Manilius den Glauben versagen, oder auch dem Cluvius?

Utrum Luscus et Manilius nihil de HS CCCIOOO ex Cluvio audierunt, an Cluvius falsum Luscio et Manilio dixit? Hoc ego loco soluto et quieto sum animo et quorsom recidat responsum tuum non magno opere laboro; firmissimis enim et sanctissimis testimoniis virorum optimorum causa Rosci comunita est. Si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidem iuris iurandi, responde. Manilio et Luscio negas esse credendum? Dic, aude; est tuae contumaciae, adrogantiae vitaeque universae vox. Quid exspectas quam mox ego Luscium et Manilium dicam ordine esse senatores, aetate grandis natu, natura sanctos et religiosos, copiis rei familiaris locupletis et pecuniosos? Non faciam; nihil mihi detrahiam, cum illis exactae aetatis severissime fructum quem meruerunt retribuam. Magis mea adulescentia indiget illorum bona existimatione quam illorum severissima senectus desiderat meam laudem. Tibi vero, Piso, diu deliberandum et concoquendum est utrum potius Chaerae iniurato in sua lite, an Manilio et Luscio iuratis in alieno iudicio credas.

Reliquum est ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manilio contendat. Quod si facit, qua impudentia est, eumne testem improbabit quem iudicem probabit? ei negabit credi oportere cui ipse crediderit? eius

Ich will mich klarer und deutlicher ausdrücken: Haben Luscius und Manilius nichts von Cluvius über die 100 000 Sesterzen vernommen, oder hat Cluvius dem Luscius und Manilius die Unwahrheit gesagt? An diesem Punkte bin ich gelassen und unbesorgt und kümmere mich nicht sonderlich darum, wie deine Antwort ausfällt; denn die Sache des Roscius ist durch die stärksten und unantastbarsten Zeugnisse vortrefflicher Männer geschützt. Wenn du dich schon entschieden hast, wem du die Glaubwürdigkeit des Eides absprechen willst<sup>23</sup>, so antworte! Du behauptest, man dürfe dem Manilius und Luscius nicht glauben? Sprich, nur Mut: das wäre eine Äußerung, die zu deinem eigensinnigen, anmaßenden Wesen und zu deiner ganzen Lebensführung paßt. Worauf wartest du? Daß ich sofort erkläre, Luscius und Manilius seien ihrem Stande nach Senatoren, ihrem Alter nach hochbetagt, ihrem Wesen nach unsträflich und gewissenhaft, der Größe ihres Vermögens nach reich und wohlbemittelt? Ich werde es nicht tun; ich werde mir nichts vergeben, indem ich ihnen wie einen Ehrensold entrichte, was ihnen für ihr nach strengsten Grundsätzen vollendetes Leben ohnehin zusteht. Eher bedarf meine Jugend des freundlichen Urteils dieser Männer, als daß ihr ehrfurchtgebietendes Alter nach meinem Lob verlangt. Du aber, Piso, mußt dich wohl noch lange besinnen und reiflich erwägen, ob du lieber dem unbeeidigten Chaerea in seinem eigenen Streit, oder dem Manilius und Luscius, die ihre Aussage beschworen haben, bei einem fremden Verfahren glauben sollst!

Es bleibt noch übrig, daß der Gegner behauptet, Cluvius habe dem Luscius und Manilius die Unwahrheit gesagt. Wenn er das tut, seiner Unverschämtheit entsprechend: wird er den als Zeugen verwerfen, den er als sei-

testis ad iudicem fidem infirmabit cuius propter fidem et religionem iudicis testis compararit? quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet, cum testem producam, reprehendere audebit?

“Dicit enim,” inquit, “iniuratus Luscio et Manilio.” Si diceret iuratus, crederes? At quid interest inter periurum et mendacem? Qui mentiri solet, peierare consuevit. Quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peieret exorare facile potero. Nam qui semel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perducitur consuevit. Quis enim deprecatione deorum, non conscientiae fide commovetur? Propterea, quae poena ab dis immortalibus periuro, haec eadem mendaci constituta est; non enim ex pactione verborum quibus ius iurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia per quam insidiae tenduntur alicui, di immortales hominibus irasci et suscensere consuerunt. 46

At ego hoc ex contrario contendo: levior esset auctoritas Cluvi, si diceret iuratus, quam nunc est, cum dicit iniuratus. Tum enim forsitan improbis nimis cupidus videretur, qui qua de re iudex fuisset testis esset; nunc omnibus non iniquis necesse est 47



nen Richter gutgeheißen hat? Wird er behaupten, man dürfe dem nicht vertrauen, dem er selbst Vertrauen geschenkt hat? Wird er versuchen, vor dem Richter die Zuverlässigkeit *des* Zeugen zu entkräften, wegen dessen richterlicher Zuverlässigkeit und Gewissenhaftigkeit er sich einst Zeugen verschafft hat? Wird er es wagen, einen Mann, den er nicht ablehnen dürfte, wenn ich ihn als Richter vorschläge, zu beanstanden, da ich ihn als Zeugen auftreten lasse?

«Denn er hat sich», meint der Gegner, «unbeeidigt gegenüber Luscius und Manilius geäußert.» Wenn er unter Eid aussagte, würdest du ihm glauben? Indes, wodurch unterscheidet sich der Meineidige vom Lügner? Wer zu lügen pflegt, ist auch gewohnt, Meineide zu schwören. Wen ich zur Lüge veranlassen kann, von dem werde ich mir auch leicht einen Meineid ausbitten können. Denn wer einmal von der Wahrheit abgewichen ist, der pflegt sich ebenso bedenkenlos zu einem Meineid verleiten zu lassen wie zu einer Lüge. Denn wer wird durch die Anrufung der Götter, und nicht durch sein lauterer Gewissen, aufgerüttelt? Deshalb haben die unsterblichen Götter über den Lügner dieselbe Strafe verhängt wie über den Meineidigen; denn nicht wegen des verpflichtenden Wortlautes, aus dem die Eidesformel besteht, sondern wegen der treulosen Tücke, mit der man jemandem eine Falle stellt, pflegen die unsterblichen Götter gegen die Menschen aufgebracht und erzürnt zu sein.

Ich aber behaupte im Gegenteil dies: das Gewicht des Cluvius wäre geringer, wenn er unter Eid aussagte, als es jetzt ist, da er unbeeidigt seine Aussage macht. Denn im anderen Falle würden ihn Übelgesinnte vielleicht für allzu parteiisch ansehen, da er doch in einer Sache als Zeuge aufträte, in der er einst Richter war; so aber müssen ihn

castissimus et constantissimus esse videatur, qui id quod scit familiaribus suis dicit.

Dic nunc, si potes, si res, si causa patitur, Cluvium 48  
 esse mentitum! Mentitus est Cluvius? Ipsa mihi veritas manum iniecit et paulisper consistere et commorari coegit. Unde hoc totum ductum et conflatum mendacium est? Roscius est videlicet homo callidus et versutus. Hoc initio cogitare coepit: “quoniam Fannius a me petit HS 1000, petam a C. Cluvio, equite Romano, ornatissimo homine, ut mea causa mentiatur, dicat decisionem factam esse quae facta non est, HS 300000 a Flavio data esse Fannio quae data non sunt.” Est hoc principium improbi animi, miseri ingeni, nullius consili. Quid deinde? Postea quam se 49  
 praeclare confirmavit, venit ad Cluvium. Quem hominem? levem? Immo gravissimum. Mobilem? Immo constantissimum. Familiarem? Immo alienissimum. Hunc postea quam salutavit, rogare coepit blande et concinne scilicet: “mentire mea causa, viris optimis, tuis familiaribus, praesentibus dic Flavium cum Fannio de Panurgo decidisse qui nihil transegit; dic HS 300000 dedisse qui assem nullum dedit.” Quid ille respondit? “Ego vero cupide et libenter mentiar tua causa, et, si quando me peierare vis, ut paululum tu compendi facias, paratum fore scito;

alle, die nicht unbillig denken, für durchaus gewissenhaft und folgerecht halten, wenn er seinen Freunden mitteilt, was ihm bekannt ist.

Behaupte jetzt, wenn du es über dich bringst, wenn der Fall, wenn die Sache es erlaubt, Cluvius habe gelogen! Cluvius hat gelogen? Die Wahrheit selbst legt mir die Hand auf die Schulter und gebietet mir, hierbei ein wenig stehen zu bleiben und zu verweilen. Woraus wurde denn dies ganze Lügenwerk hergeleitet und zusammengebraut? Roscius ist, versteht sich, ein listiger und verschlagener Mensch. Zunächst begann er sich folgendes zu überlegen: «Da Fannius von mir 50 000 Sesterzen fordert, will ich C. Cluvius, einen römischen Ritter und hochgeehrten Mann, bitten, meinethwegen die Unwahrheit zu sagen und zu behaupten, es sei ein Vergleich abgeschlossen worden, der gar nicht abgeschlossen worden ist, und Flavius habe an Fannius 100 000 Sesterzen geleistet, die er gar nicht geleistet hat.» So kann nur unredliche Gesinnung, ein erbärmlicher Charakter und völliger Mangel an Einsicht die Sache anfangen. Was dann? Nachdem er sich prachtvoll Mut zugesprochen hatte, suchte er den Cluvius auf. Was für einen Mann? Einen leichtfertigen? Nein: einen überaus strengen. Einen haltlosen? Nein: einen völlig unwandelbaren. Einen Freund? Nein: einen gänzlich Außenstehenden. Nachdem er ihn begrüßt, begann er ihn, versteht sich, höflich und mit wohlgesetzten Worten zu bitten: «Bring meinethalben eine Lüge vor; erkläre vor ausgezeichneten Männern, deinen Freunden, Flavius habe sich mit Fannius des Panurgus wegen verglichen, wiewohl er nichts mit ihm vereinbart hat, erkläre, Flavius habe 100 000 Sesterzen gezahlt, wiewohl er kein As gezahlt hat.» Was antwortete Cluvius? «Gewiß, ich will deinethwegen von Herzen gern

non fuit causa cur tantum laborem caperes et ad me venires; per nuntium hoc quod erat tam leve transigere potuisti.”

Pro deum hominumque fidem! hoc aut Roscius 50  
 umquam a Cluvio petisset, si HS miliens in iudicium  
 haberet, aut Cluvius Roscio petenti concessisset, si  
 universae praedae particeps esset? vix me dius fidius  
 tu, Fanni, a Ballione aut aliquo eius simili hoc et  
 postulare auderes et impetrare posses. Quod cum est  
 veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile;  
 obliviscor enim Roscium et Cluvium viros esse pri-  
 marios; improbos temporis causa esse fingo. Falsum 51  
 subornavit testem Roscius Cluvium! Cur tam sero?  
 cur cum altera pensio solvenda esset, non tum cum  
 prima? nam iam antea HS 1000 dissolverat. Deinde,  
 si iam persuasum erat Cluvio ut mentiretur, cur poti-  
 us HS 30000 quam 30000 30000 30000  
 data dixit Fannio a Flavio, cum ex restipulatione pars  
 eius dimidia Rosci esset?

Iam intellegis, C. Piso, sibi soli, societati nihil  
 Roscium petisse. Hoc quoniam sentit Saturius esse  
 apertum, resistere et repugnare contra veritatem non  
 audet, aliud fraudis et insidiarum in eodem vestigio  
 deverticulum reperit. “Petisse,” inquit, “suam par- 52  
 tem Roscium a Flavio confiteor, vacuam et integram  
 reliquisse Fanni concedo; sed, quod sibi exegit, id

die Unwahrheit sagen und wenn du einmal, um ein Profitchen zu erzielen, wünschst, daß ich einen Meineid schwöre, so wisse: ich bin bereit. Unnötig, daß du dich einer derartigen Mühe unterzogst und mich aufsuchtest: eine solche Kleinigkeit hättest du durch einen Boten abtun können.»

Bei den Göttern und Menschen! Derlei hätte sich Roscius je von Cluvius ausgebeten, wenn er um 100 Millionen Sesterzen prozessierte, oder hierzu hätte sich Cluvius auf Bitten des Roscius hin verstanden, wenn er Teilhaber der gesamten Beute wäre? Wahrhaftig, das hättest du, Fannius, kaum von einem Ballio oder seinesgleichen zu fordern gewagt und zu erwirken vermocht. Das ist in Wirklichkeit unrichtig und ebenso nach vernünftigem Urteil unglaubwürdig; ich vergesse ja, daß Roscius und Cluvius vortreffliche Männer sind; nur für den Augenblick nehme ich an, daß sie Schurken seien. Roscius soll den Cluvius als falschen Zeugen abgerichtet haben! Warum so spät? Warum erst, als die zweite Rate fällig war, und nicht schon bei der ersten? Denn er hatte bereits vorher 50 000 Sesterzen gezahlt. Außerdem, wenn Cluvius sich schon zur Lüge entschlossen hatte, warum behauptete er nicht, statt nur von 100 000 Sesterzen zu reden, Flavius habe dem Fannius 300 000 gezahlt, da doch dem Vertrage gemäß die Hälfte davon dem Roscius zustand?

Du ersiehst nunmehr, C. Piso, daß Roscius seinen eigenen Anteil, und nichts im Namen der Gesellschaft gefordert hat. Auch Saturius merkt, daß dies offen zutage liegt; da wagt er nicht, sich der Wahrheit zu widersetzen und gegen sie anzukämpfen; doch weiß er auf der Stelle noch einen anderen Schlupfwinkel des Truges und der Hinterlist ausfindig zu machen. «Ich gebe zu», sagt

commune societatis factum esse contendo.” Quo nihil captiosius neque indignius potest dici. Quaero enim potueritne Roscius ex societate suam partem petere necne. Si non potuit, quem ad modum abstulit? si potuit, quem ad modum non sibi exegit? nam quod sibi petitur, certe alteri non exigitur. An ita est: si quod universae societatis fuisset petisset, quod tum redactum esset aequaliter omnes partirentur; nunc cum petierit quod suae partis esset, non quod tum abstulit soli sibi exegit? 53

Quid interest inter eum qui per se litigat et eum qui cognitor est datus? Qui per se litem contestatur, sibi soli petit, alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itane vero? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum; cum suo nomine petiit, quod abstulit, tibi non sibi exegit? Quod si quisquam petere potest alteri qui cognitor non est factus, quaero, quid ita, cum Panurgus esset interfectus et lis contestata cum Flavio damni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Rosci sis factus, cum praesertim ex tua oratione quodcumque tibi peteres huic peteres, quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. Quod si ad Roscium nihil perveniret quod tu a Fla- 54

er, «daß Roscius von Flavius seinen eigenen Anteil gefordert hat; ich räume ein, daß er den Anteil des Fannius frei und unberührt ließ; doch was er für sich beigetrieben hat, das ist, behaupte ich, in das Gemeineigentum der Gesellschaft übergegangen.» Man kann nichts Verfänglicheres und Unwürdigeres sagen als dies. Ich möchte nämlich fragen, ob Roscius nach dem Gesellschaftsvertrage seinen Anteil fordern durfte oder nicht. Wenn er es nicht durfte, wie erhielt er ihn? Wenn er es durfte, wie sollte er ihn nicht für sich selbst beigetrieben haben? Denn was man für sich fordert, das treibt man gewiß nicht für jemand anderen bei. Oder verhält es sich so: wenn er gefordert hätte, was der Gesellschaft zu gesamter Hand zustand, dann hätten alle das Erlangte gleichmäßig unter sich verteilt; da er in Wahrheit gefordert hat, was zu seinem Anteil gehörte, hat er da nicht für sich allein beigetrieben, was er erhielt?

Wodurch unterscheidet sich jemand, der für sich selbst prozessiert, von dem, der zum Prozeßbevollmächtigten bestellt ist? Wer in eigenem Namen ein Verfahren einleitet, fordert nur für sich; für einen anderen darf niemand klagen, es sei denn, er ist zum Prozeßbevollmächtigten bestellt. Stimmt das nicht? Wäre er dein Bevollmächtigter gewesen, dann würdest du als dir gehörend einziehen, was er im Prozeß erstritten hätte; da er im eigenen Namen klagte, da soll er, was er erhielt, für dich und nicht für sich beigetrieben haben? Wenn jemand für einen anderen klagen kann, der nicht zum Prozeßbevollmächtigten bestellt ist, dann frage ich, weshalb du, nachdem Panurgus getötet und mit Flavius das Verfahren wegen widerrechtlicher Schädigung eingeleitet war, für dieses Verfahren zum Bevollmächtigten des Roscius bestellt wurdest; denn nach deinen Worten würdest du ja

vio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorum, ad te pervenire nihil debet quod Roscius pro sua parte exegit, quoniam tuus cognitor non est factus.

Quid enim huic rei respondere poteris, Fanni? 55  
Cum de sua parte Roscius transegit cum Flavio, actionem tibi tuam reliquit an non? Si non reliquit, quem ad modum HS CCCIOOO ab eo postea exegisti? si reliquit, quid ab hoc petis quod per te persequi et petere debes? Simillima enim et maxime gemina societas hereditatis est; quem ad modum socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem. Ut heres sibi soli non coheredibus petit, sic socius sibi soli non sociis petit; et quem ad modum uterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissolvit, heres ex ea parte qua hereditatem adiit, socius ex ea qua societatem coiit. Quem ad modum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flavio, ut 56  
eam tu non peteres, sic, cum exegit suam partem et tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso more quod huius est ab alio extorquere non potes, huic eripere potes.



ohnehin, was du für dich fordertest, für ihn fordern, und was du für dich betriebst, würde der Gesellschaft anheimfallen. Wenn aber Roscius nichts von dem erhalten würde, was du von Flavius erlangt hättest, es sei denn, er hätte dich für seinen Prozeß zum Bevollmächtigten bestellt, dann steht dir auch nichts von dem zu, was Roscius als seinen Anteil beigetrieben hat, da er ja nicht zu deinem Prozeßbevollmächtigten bestellt worden ist.

